Grecaq; pauca vt epos melos: argos dum preeuntis
Est numeri: atq; chaos. communi chironomos bos
Impos seu compos custos dabis atq; sacerdos.

¶ In os masculina: vt hic flos/ hic eros: nepos qđ olim cōis gñis fuit. Quattuor tñ feminina inueniũtur: cos/ glos/ dos/ & arbos. Addim9 greca quedā: vt chios/ lesbos/ ilios q̄ secūdā declinationē sequunt. Neutra duo: vt os oris & os ossis. Addunt aliqua greca: vt chaos/ melos: & epos. Cōia sũt hic & hec bos/ custos/ sacerdos/ impos/ cōpos et chironomos: qđ grecũ est. De grecis aũt ↄsulēdi sũt greci. Nā multa sũt masculina: vt hic logos/ zelos/ saccos: & q̄ nos masculina i us habem9. Multa feminina: vt delos/ lesbos/ methodos/ eremos/ arctos/ balamos / colos/ sinodos/ smaragdos/ abyssos/ papyros/ pharos: et multa alia. Quedā eni neutra: vt hethos. i. mos: argos/ chaos/ zeugos. i. iugũ. &c. Quedā cōia: vt hippos. i. equus & equa: camelos: phos/ chironomos &c. Quedā putant ois gñis: vt acolon: & strophe. Cōposita: vt monocolos vnimēbris/ dicolos bimēbris/ tricolos trimēbris. &c. Distrophos ↄuersus a scđo ad primum. Nā dr vsus. ode & carmē dicos distrophos: dubitē tñ an recte: nā p neutro credā in on exire. Nā cōia multa in os inueni: vt distomos bis incidens seu anceps neutra adiectiua non legi.

¶ Decimaquinta de in us finitis.

Us maribus quarte damus et plerumq; secunde:
Ut logus et calamus: nam mascula sunt quoq; grecis.

Sed que grecus in os claudit muliebria nobis
Sint muliebria in us: quin et muliebre sit arctus
Quāq̄ illis commune datur: muliebre papyrus
vt methodus/perihodus/synhodus.
Et que gignit hodos balanusqꝫ smaragdus abyssus
Urbs regio ve: paphus samus et delus atqꝫ corynthus
Pergamus/egyptus/pharus/antandrus/gyatusqꝫ
Urbs est berytus dubia. at femina nardus
Bissus/cristallus/diphthongus costus eremus
Commune est illis athomos cum mobile: nobis
Sit muliebre domus/vannus/colus/intybus/idus
Quod plurale: manus sic porticus adsit acusqꝫ
Dum quarte: atqꝫ tribus cui carbasus heret humusqꝫ
Et que nota: socrus/nurus/ac anus arbor et omnis
Ut pomus/pinus: nisi sit mascula spinus
Hec aluus potius: sed et hic vult atqꝫ phasellus
Pampinus hic potius: pecus ⁊ specus: ac paradisus
Hic aut hoc vulgus petit: hoc virus pelagusqꝫ
vt philosophus/philocalus.
Quod quoqꝫ dant maribus: Cōmunia det tibi grecus.
vt specus. in genitiuo.
Quodlibet us terne: retinens u sit muliebre
vt specus: et penus et pecus.
Non retinens neutrum: lepus et mus esto marinum
Crus/ius/rus/thus/pus/intercus morbus et hoc plus
Sus/ius/atqꝫ ligus communibus associemus
Sed vetus intercus dum mobile: ad omne citemus.

¶In us si secunde declinationis masculina inuenies: vt hic dñs. Demūtur hec femi nina dom⁹/arct⁹/carbasus/nardus/sinodus/papyrus/costus/alu⁹/bissus/colus/vā-nus/pen⁹/hum⁹/phasellus/portic⁹/smaragdus/diphthongus/egypt⁹/abyssus/cri-stallus. Adde si placet paradisus: quod sepius masculini reperies. Pampin⁹ ambi-guum gen⁹ habere Diomedes et Seruius aiunt: sed refertur ad masculinū. Greca etiā aliqua que vertūt os in us feminina sunt: vt delos delus/athomos athom⁹/pe riodos periodus. Quattuor sunt neutra pelagus/pus/virus: et vulgus: quod mascu linum etiā est. Quedam communia: vt philosophus et philocalus si credim⁹ Prisci. ¶Si in us finita tertie decli. sint et amittant u in genitiuo sunt neutra: vt mun⁹ mu neris. lepus tamen masculinum est. Uetus omnis est generis. Si vero u habeant in gtō et crescūt sunt feminina: vt salus/salutis. Sed mus masculinū est. Crus/ius/rus et thus neutra. Ligus/grus: ⁊ sus communia: intercus omnis generis reperitur: sed quando dicitur morbus intercus neutri est. Si quarte sint declinationis masculinis

accedunt: vt hic visus. Excipimus nouem feminina: acus/anus/idus/tribus/nurus/socrus/domus/manus: et porticus.

¶ Decimasexta regula de finitis in s precedente au vel consonante.

Consona dum preit s simul au muliebribus addes
Sed stips pro trunco dabitur quandoqꝫ marino.
Et scrops: sepe rudens: semper dens nataqꝫ ni sit
Balans ipsa bidens: mas est mons/pons/simul ꝛ fons
Et partes assis: torrens et vulnificus seps
Inqꝫ ps queuis polysyllaba: sed dubitabis
Forsan adeps forceps: commune bifrons sit et effrons
Infans atqꝫ parens celebs princeps simul anceps
Serpens et gentes vt arabsqꝫ calibsqꝫ quod vnum]
Si stet pro ferro poteris sociare marino
Mobile mobiliter tentum genus omne tenebit.
id est eius generis erit cuius substantiuum pro quo ponitur: aut erit neutrum.
Fixe cum fixo quadrauerit aut dabo neutri.
hic occidens/hic oriens. i. sol. hic deuirginans.
Occidit ac oritur phebus deuirginat autem
hic fluens/hic confluens/hic profluens.
Mas fluuiusqꝫ fluit. vel con: vel profluit vnde
Ans aut ens maribus dabitur: sit femina pregnans
Lactans aut patiens ni sit transumptio vocis
hec continens terra non insula. hec consonans.
Conqꝫ tinens tellus: sed littera consonitans est
Mas mulierqꝫ parens: infans puer atqꝫ puella
Est natura animalqꝫ animans: mas femina serpens
Neutrum inconueniens: contingens omne figurans.

¶ In aus diphthongum finita feminina sunt: vt hec fraus/hec laus.

¶ In s litterā desinētia ꝯsonante precedente feminina sunt: vt hec pars/hec stirps: quod pro trunco arboris quādoqꝫ masculinum est. Scrops virili gñe magis vtimur Adiectiua tñ sunt oīs omnis gñis: vt discors/prudens/inops/insons/expers/amans legens. Masculina sunt: mons/pons/fons/dens: et eius compositum tridens: quod etiam adiectiuum esse potest. Torrēs/triēs: quadrans/sextans/dodrās/dextrans: adde seps appellatiuū serpentis. Lucanus. Vulnificus seps. Sed polysyllaba in ps masculina sunt: vt manceps. Sed adeps ꝛ forceps incerti generis reperiuntur. Hec autem communia sunt: bifrons/effrons/parens/infans/princeps/anceps/et celebs. Aduertenda participia vel ad mares tm̄ vel ad feminas pertinētia: vt deuirginās/pariēs/lactans: vel masculino et neutri et feminino esse communia: sed figurate diuerso generi vel epicheno solere coniungi: vt anima deuirginans et vterus pregnās et cygnus pariens et elephas lactans. Postremo presentis temporis aliqua participia que in substantiua transeunt neutra inueniuntur: vt accidens/antecedens/decens. Aliqua masculina: vt oriēns/occidens/profluens. Aliqua feminina: vt ꝯsonans continens. Aliqua feminina et neutra: vt animans: a quo animantes et animantia.

Aliqua masculina et feminina: vt serpens. Vergilius. Saucius at serpens. &c.
¶ Legi at quadrupedes.

¶ De in x finitis regula decimaseptima et vltima.

Nomen in x vult hec: sed in ex polysyllaba queuis
que feminina sunt: vt carex.
Ni terni fetus signent sociabo marinis
Ut grex/rex/phenix etiam dum dicitur ales
Fornix et thorax lymax bombix quoqz vermis
Dum color est sandix (namqz herba est femina) celx
Et natrix violator aque: quodqz vnxia format.
Ut quincunx/sextunx: superadde calixqz cilixqz
Phryx/pheax/varix: spadix color adsit eryx vir.
Hic querunt et onyx: sed sardonycem dubitabis
Et pro parte pedis calcem. cales et muliebris
Mas potius pumex quãuis quoqz femina et obex
Cortex atqz silex quod femina sepe maroni est
Raro mas ramex nec sepe celox simul imbrex
Hec semper forfex forpexqz sit atqz supellex
Et pellex vibex potius quod dixero vibix
Ilex aut ilix. lodex sed dixero lodix
At dux/linx: coniunx hic et hec retinent velut exlex
Et verbale per ex clausum iudex simul index
Ix autem in rectis verbale prius muliebre
Obliquis neutrum recipit numeroqz sequenti:
Ut victrix/vltrix: Quod mobile id omne tenebit
Audax et duplex/pernix/atrox: simul et trux.

¶ In x litterã terminata sunt feminina: vt hic filix/et mastix sindicat. Adiectiua oĩs sunt gñis: vt audax/nugax/loquax/rapax/procax/fallax/pertinax/minax/contumax peruicax. Opifex/artifex/aurifex: que tria magis videntur esse communia. Adde simplex/duplex/pernix/felix. Ferox/atrox/velox/trux: & plura. Reliqua plurium syllabarum noĩa: nisi sint fetus terre si e ante x habeant masculina sunt: vt hic codex/pollex senex: quod etiam feminino genere Tibullus enunciauit. Index communis generis est. Valerius certissima index inquit. Et Cicero. sed cum orationis indicem vocẽ habeamus. Hymbrex incerti generis reperitur quãq̃ verius feminino dicitur. Pumex masculinum est. Catullus tñ feminino protulit genere. Ex his vero hec femina supellex/expellex/vibex/obex: quod teste Seruio rectius est masculini. Forfex/forpex ramex/carex/silex/cortex: que tamẽ duo etiam aliqñ apud antiquos masculini generis reperiuntur. Unde Iuuena. Silicem que conterit atrum. Et Virgi. Stabat acuta silex. Item in septimo. Raptus de subere cortex. Et in Buc. Musco circũdat amare corticis. fornix autẽ thorax/fenix: bombix pro verme nã pro velle e femininũ. Varix lunax: vt apud Columellam. Implicitus conche limax. Sandix color/rex/grex/

calix/cilix/phryx. Et natrix violator aque. Celox quoqꝫ nauis appellatiuū mascu[li]nū est. Priscian⁹ tñ in quīto dicit femininū: quē sequitur pylades. Itē quincunx/de[c]unx: et septunx. Sic et onyx: at sardonix incerti generis reperitura. Iuue. Conducta paulus agebat sardonyce. et alibi. Densi radiāt testudine tota sardonyces. Dux/e[t] lex: et coniunx communia sunt. Uerbalia in trix que veniunt a masculinis in or/femi[ni]na sunt: et habent neutra in numero plurali: vt cultricia animalia. Luca. Tollit[e] iam pridem victricia tollite signa.

¶ Peroratio authoris.

¶ Hec que de generibus scripsi seuero sunt iudicio ex auctorꝫ vsu deprompta. Qua[]re si interdum apud alios diuersa cōperies his adhereas potius. Ea autem que cō[]fusis generibus dicerētur in superiori libro inter heteroclita maxima ex parte disc[e]re poteris. Uale lector et incumbe virtuti.

¶ Idem Sulpitius ad lectorem.

Altera ad optatum venere volumina finem.
Iudicio docti vera reperta chori.
Leticia exultans plaudat studiosa iuuentus.
Et cum Sulpitio Falco per ora sonet.
Non ausit liuor coram damnare libellos:
Quos legit intentus dicit amatqꝫ domi.

¶ Jo. Sulpitii verulani lib. iii. de p̄teritis et supinis.

¶ Et primo de verbis defectiuis et anomalis.

Preterita o pueri liber hic pariterqꝫ supina
Uos docet: hunc auide discere quemqꝫ velim.
Discite: nam frugi est: et paruo magno labore
Implebit vobis horrea nostra seges.
Sed tamen interea Falconis dicite laudes
A quo nil virtus vult procul esse sui.
In quo magnanimo regnat prudentia summa
Et modus et recti iustus vbiqꝫ tenor
In quo vel primo candor vetus ille quiritum.
Cernitur et lingue: sed sine labe: decus
Et quem virtuti si premia digna dabuntur:
Preficiet regnis roma beata suis.



Actenus edocui nomen: nunc ꝟba docebo
Sed que deficiūt: vel certa a lege recedū[t]
Primo notificās: dehic tpa ꝟbaqꝫ formās:
Tandē preteriti formā dabo: moxqꝫ supin[a]

ANteqꝫ de preteritis et supinis incipiā opere preciū mihi videt de his dicere [q]in nūero tpibus ⁊ modis psonis et ꝯiugatione deficiūt. Deqꝫ his ꝟbis que p[re]terita non habent et que mutant. Inferā etiā imperatiuorꝫ formationē ⁊ quattu[or] verborū formas: et ea que in prima sunt confusa persona. Addā et illa que in indica[]tiuo dupliciter efferuntur. Post hec de preteritis disserā. Inde de supinis et his qu[e] in illis deficiunt. Postremo de passiuorꝫ communiū deponentiūqꝫ preteritis.

¶ Defectiua in numeris tēporibus modis et personis.

IN fit presenti vel preterito puto dici
Dico forem/res/ret/rent: tm̄ vbi dicitur essem
Et fore presenti: sed tempus signo futuri:
Que sumus ex queso cum que sere forte moyebo

Explicit expliciunt docti vix dicere norunt.

¶ Infit verbum est persone tertie temporis presentis et preteriti perfecti.
¶ Forem fores foret. In plurali forent. Optatiui ⁊ subiunctiui modi voces sunt: fore vero infinitiui. Sic afforem deforem ⁊ conforem variantur. Queso in plurali quesumus habet: in infinitiuo quesere. Explicit expliciunt ferunt habere.

Inquio siue inquam quis quit sibi poscit iuntqꝫ
Inquisti atqꝫ inquit: mox inquiet: inque de hinc fit
.s. ab vsu.
Inquiat ⁊ per iens dabo participans alia arcens
Ausim vult ausis ausit pluraliter ausint
Et da dic ve cedo: cedite addens cetera tollo.
Faxo vult xis/xit/faxunt: coniungoqꝫ faxint.
Aio poscit ais ait aiunt: preteritoqꝫ
perfecto.
Nil imperfecto renuens: ait addo sequenti
Pro verbo dices vsurpat tullius aies
Imperialis ai vult aiamusqꝫ: futurum
Optans vult aiat necnon aiatis ⁊ aiant.
.i. secundis vtriusqꝫ tpis ⁊ numeri .i. imperatiui.
Personisqꝫ modi mediis declino secundi:
Rite vale salue vel aue nec denego quinti
.s. tempora.
Presens sed parce saluebis ceteraqꝫ ede
.s. tpa ⁊ modos.
Lectum est ⁊ valeant: valeoqꝫ per omnia quadrat
Usus ouans ⁊ ouat: reliqua vsurpatio donat.
.s. vocibus.
Sodes sis capsis vsa est comedia solis
Perqꝫ diunt legi: veteres sunt pluribus vsi
a tertia coniugatione fit hic caue. Edas .i. dicas.
Tu quibus abstineas: caue dor for durius edas.

¶ Inquio seu inquam: quā vocem Priscianus vult esse futuri temporis. Inquis inquit. in plurali inquiunt. In preterito pfecto inquisti inquit. Futuro inquiet in imperatiuo inque. Futuro optatiui inquiat. Participiū inqens: he voces in vsu reperiuntur. Priscia. autē totā fere verbi declinationē reperiri testatur. Ausim ausis ausit. in plurali ausint. Cedo secūde psone hoc est dic vel da impatiuo ⁊ plurali cedite. Faxo faxis faxit. in plurali faxūt. Futuro optatiui ⁊ p̄nti subiunctiui faxint. Aio ais ait. in plurali aiunt. Ptō impfecto aiebam/aiebas/aiebat. in plurali aiebamus/aiebatis/aiebāt. Preterito perfecto ait. Futuro aies quo vtitur Cicero ꝓ Cecina. Imperatiuo ai rarū inuenit in plurali aiamus. Futuro optatiui aiat. in plurali aiatis aiant. Impatiuo aue. in plurali auete. Futuro aueto. in plurali auetote. Infinitiuo auete. Sic salue ⁊ vale declinantur. Cicero tamen saluebis aliquādo vsus est. Ouat ouās participiū habet vt tradit phocas. Multas vero huius verbi voces legimus qbus

Cedo.

videmur tota fere verbi declinatione uti posse. Sodes pro si audes. Sis pro si vis. Capsis pro cape si vis. sole voces sunt vt in oratore Tullius docet.

De verborum impersonalium ⁊ similium coniugatione.

Personis ternis impersonalia flecti
Et quodcunqꝫ deo vel nature datur vni
Ut placet ⁊ statur ningitqꝫ puer moueatur
Ut volo cum natis sint defectiua videbis.

Diescit/lucescit/noctescit/vesperascit per tertias personas singulares variantur at in preteritis perfectis ⁊ que ab his formantur deficiunt. Impersonalia tam actiue quam passiue vocis per singula modorum tempora singulas voces habent tertijs similes. Volo et malo in imperatiuo modo et supinis deficiunt. Malo etiam in futuro indicatiui. Nolo habet in imperatiuo noli et nolite et nolito ⁊ nolitote. Volo et malo ideo carent imperatiuo: quia imperatiuus signat necessitatem et voluntas quam significat volo debet esse libera.

Quattuor hec odi noui cepi meminiqꝫ
Que per preteriti tantum volo tempora flecti
Sensum presentis retinebunt preteritiqꝫ
Dico memento iubens plurali tote futuro
Personam numeri primam preeuntis in omni
Imperatiuo scis tempore deesse in vtroqꝫ.

Memini verbum defectiuum sic coniugatur. Memini meministi meminit: in plurali meminimus meministis meminerunt vel meminere: voces sunt cōmunes presenti et preterito perfecto modi indicatiui. Preterito imperfecto et plusq̄perfecto memineram memineras meminerat. In plurali memineramus memineratis meminerant. Futuro imperatiui memento in plurali mementote. Preterito perfecto et plusq̄perfecto optatiui vtinam meminissem meminisses meminisset. In plurali vtinā meminissemus meminissetis meminissent. Preterito perfecto subiunctiui cū meminissem per omnes personas vtriusqꝫ numeri. Futuro cum meminero/ris/rit. cum meminerimus/ritis/rint. Preterito perfecto ⁊ plusq̄perfecto infinitiui meminisse. Participiū olim habuit meminens. Sic declinatur. Odi/noui/cepi/nisi q etiā in imperatiuo deficiunt. Legimus in secundo de Oratore odiat. Ab his sunt osus et notus et ceptus participia Prisciano auctore. Addit phocas pepigi. Prima psona singularis ideo caret imperatiuis quia ipsa sibi imperare non potest ⁊ prima in plurali ideo habet: quia alijs potest imperare immiscendo seipsam.

Defectiua in coniugatione.

Sum volo fers ⁊ edo fio sine lege mouebo
Uerum in preterito quoduis sub lege moueto
Tempora sum variantes ⁊ est sumus estis item sunt
Mox fit eram: sed deinde fuit fuo dat fueramqꝫ
Dehinc ero: sisqꝫ vel es sit simus sitis ⁊ este
Sint esto simusqꝫ estote ⁊ sunto: sed essem
Sim sis sit simus sitis sint esse notemus
At volo vis ⁊ vult volumus vultis variabit
Imperitante carens vellem cum velle velimqꝫ

Cetera seruabunt normam: sed malo futurum
Non nouit primum: personas nolo secundas
Imperitantis habet numero ⁊ sub tempore vtroqꝫ
i. fertote
Fers fert ⁊ fertis fer ferte ⁊ ferto simul te
Ferrem ferre simul: fertis vel ferre simul tur
Ferror ter cum ri: fero cetera vult bene flecti
Es est in primo dat edo presente secundo
Este: dehinc esto: plurali estote futuro
Essem cum sociis terno: quinto dabit esse:
Essendi do dum quod dicebatur edendum
Hec variabit edo simplex: legiqꝫ comessem
Atqꝫ comesse frequens normam per cetera seruans
Dat fio fierem fieri: sed cetera terne
Finisqꝫ optandi partes dabit imperitandi
E seruabit eo vocalis quando preibit
Et queo sed quidam recte signabis vt ibam
Pluraqꝫ sic euo quondam formata vetusto
Et tollunt fac fer dic duc in fine: frequenter
Cum face dice lego: fice fit fac: a per i verso.

¶ Sū es volo vis vult ⁊ fero fers fert anomala sūt. nā nō sequunt̄ certe ꝯiugationis declinationē. ¶ Edo hꝫ in imꝑatiuo es ⁊ ede edat edamꝰ este edite edāt. In futuro esto estote. ⁊c̄. cū reliq̄s vocibꝰ. In p̄n̄ti ⁊ p̄tō imꝑfecto optatiui essem esses esset: essemus essetis essēt. Infinitiuo esse olim aūt ederē ⁊ edere. nā dicebat̄ ab edo edis edit Illis etiā vocibꝰ Macrobius vsus est in gerūdio edēdi edēdo edēdū. Virg. Exiguā in cererē penuria adegit edēdi. ¶ Eo um itū cū cōpositis sequit̄ fere quartā cōiugationē: licet raro seruet e: vt eunt eat. eant eundi ⁊ reliq̄s vocibus q̄ illud hn̄t. Sed in futuro p̄n̄tis habet ibo ibis ibit. Sed olim apud veteres quarta coniugatio sic etiā terminat̄: vt audibo scibo: quod apud comicos leges. Duco dico facio et fero hn̄t in imꝑatiuo duc dic fac fer ꝓ duce dice face fere: que ideo ꝑ apocopen proferunt̄ ne casus nominū esse videantur. ¶ Que preteritis carent ⁊ mutuantur.

PReterito ꝓprio quod in or fit quodqꝫ careto
Ni forsan pepegi dicas a patre pacisci.
Deriuata rio iunges finita vel in sco
Esurit tamen inuenies ⁊ parturierunt
quia sedi facit
Sisto/fero/tollo/fors sido/furo/ferioqꝫ
quia olim glisci fecit.
Polleo glisco modo: sum. meio meo ve: supino

Dum caret o iunge oꝛ/tolloꝛ/metuoꝛ/timeoꝛqꝫ
Arguoꝛ ⁊ poſcoꝛ deponentalia veſcoꝛ
Et medeoꝛ liquoꝛ reminiſcoꝛ eis ſocientur.
Foꝛſitan ⁊ quatio: vergo ambigo nideo iunges:
.i. deſinentium in oꝛ.
Participans ⁊ ſum pꝛimoꝛem munus habebunt
Deriuatiuis dare pꝛeteritum volo patris.
Nam ſco pꝛeteriti dat vocem valla paterni
.i. differentias.
Quidam ⁊ paſſiui: ſed in iis diſcrimina noui
Cetera pꝛeteritum depoſcunt equiparatum
a ſto a ſtatuo a tulo antiquo.
Siſto ſteti ſtatuiqꝫ tuli fero: ſuſtuli habebit
a ſeipſo potius qꝫ a ſedeo. vt apud Seruium.
Tollo: ſed ſedi fert ſido: furo aut furui dat
ab inſanio a percutio.
Aut inſaniui: ſibi percuſſi ferio aptat
aut clui: aut valui: aut ſimile a creſco a concupiſco.
Polleo foꝛs potui: gliſco creui atqꝫ cupiui
a fuo antiquo.
Sumqꝫ addico fui: meo meio a mingere minxi
Tolloꝛ ſublatus: memoꝛ timeoꝛqꝫ tenebunt
Sum foꝛmidatus: conuictus ſeu repꝛehenſus
Arguoꝛ accipiet: quod poſtuloꝛ id dabo poſcoꝛ
Paſtus ſiue alitus ſeu nutritus dabo veſcoꝛ
A medicoꝛ medeoꝛ: liquoꝛ capit ac liquefio:
.ſ. participia.
Aut liqueo: aut reminiſcoꝛ habet conceſſa recoꝛdoꝛ
Concuſſi quatio capit aut generat ſibi quaſſi
Aut vergo verſi facit aut ſumit ſibi verti
Ambigo ⁊ ambegi facit: ⁊ ſumit dubitaui
Nideo voce caret niſi ſumit ab equiualente.

¶ Pꝛopꝛiis pꝛeteritis carent pꝛimo oīa in oꝛ finita: ſed ſi ſupinis nō carent circūloquuntur ſibi pꝛeteritū per participiū pꝛeteriti tpis ⁊ ſum es eſt. In rio autē ⁊ in ſco vt Ualla vult a perfectis vſurpāt quidē vocē pꝛeteriti: ſed in ſignificatione differūt immo ſignificationē docet fere eſſe deriuatoꝝ licet vox ſit pꝛimitiuoꝝ. nā macruit pinguit caluit ⁊ ſimilia ſignificāt potius macer. pinguis aūt calidus factus eſt ab intrinſeco. ſ. qꝫ macer. pinguis aut calidus fuit. Modo macreo/pingueo/caleo ſignificant macer pinguis calidus ſū. Macreſco/pingueo/caleſco/macer/pinguis/calidus fio ab intrinſeco vt dixi ⁊ dicā. quo circa ſignificatio eſt deriuatiuoꝝ. Quidā vt Dio

medes dant illis in secundo preteritum more verbi passiui vt labe factus sum. Sed Valla docet in secundo significare passionem intrinsecus prouenientem: vt humesco humore intrinseco. In fio autem extrinsecus: vt humefio ab extrinseco. Illa autem in fio habent preterita in factus sum. Cetera preteritum deposcunt equiparatum. s. in signdo: vt Sulpitius docebit dico forsitan quatio: quia quassus et quasso quod a quassu venire debet in vsu est. Uergo quidam versi dicunt habere et ambigo ambegi: sed in vsu non sunt. Polleo ideo non habet pollui: quia id a polluo venit. Argutus non venit ab arguo: quia aliud significat argutus: sed redargutus a redarguo rec... dicitur. Plurima aut que Sulpitius pro deficientibus ponit non penitus idem significant: vt conuictus et pastus: et similia. Uerba Sulpitiana sunt. ¶ Preterito perfecto et his tribus que formantur ab illo carent omnia que appellantur inchoatiua et meditatiua: vt labasco quamquam auctore Diomede quedam huic dedere huiusmodi preteritum: vt labefactus sum: et amaturio: preter hec duo esurio et parturio. Preterea glisco quod olim glisci habuit. Sido/polleo/sitio/nideo/ambigo. Item scando/nideo/vergo/arceo mando/strideo: vt vult Priscia. Legitur tamen verum stridi et stridui/sitiui/arcui: vnde coercui/scandi: vnde ascendi/mandi mandui et mandidi. Sic etiam quatio/furo/sisto/ferio/sum timeo/metuor/tollor/poscor/arguor: et omnia passiua quorum actiua supinis carent: que infra docebimus. Addit vescor/medeor/reminiscor: et liquor. Ex his pleraque mutantur ex aliis. vt sido a sedeo sedi. quatio a concutio concussi. nam quassi non est in vsu. Furo ab insanio insaniui. Sisto cum compositis quando neutrum est absolutum a sto steti. nam quando actionem signat penitus caret vt monet Priscianus. Sunt tamen qui recte dicunt habere statui et statutum. Ferio a percutio percussi. Fero a tulo tuli. Sum a fuo verbo antiquo fui. Tollor a sufferor sublatus sum: sic eius actiuum tollo sustuli. Poscor a postulor postulatus sum. Arguor a conuincor conuictus sum. Uescor a pascor pastus sum. Item medeor a medicor medicatus sum. Liquor a liquefio liquefactus sum. Reminiscor a recordor recordatus sum teste Phoca. ¶ De imperatiuorum formatione.



Persona prima numeri tantum preeuntis
Imperitatiuum presens caret atque futurum.
presentis imperatiui .i. tollens. scilicet indicatiui. s. persone hoc est secunde:
Sed secunda mouens primi presentis eidem
vt legis lege. scilicet coniugationi.
Nascitur: ast i pe mutabitur antea terne.
Tertia de prima primi presentis habetur
vt amo amet. vt doceo doceat. lege legat. audio audiat.
O per et in prima: reliquisque per at variato
.i. tertia.
Indeque pluralis fit prima t dum trahit in mus
.i. secunda. .i. secunde singulari.
Altera pluralis preeunt i subiiciet te
.i. coniugationi. persona.
Sed terne mutes e per i breue: tertia vero
Pluralis terne preeuntis preficit n t
id est indicatiui.
Presentis primi terne si subiicias o
Utroque in numero datur vtraque terna futuro
Primaque pluralis fit prima velut preeuntis
id est secunda id est secunde singulari: vt amatote.
Altera pluralis preeunt i subiiciet te.

Ast in passiuis presens numeri precuntis
Actiue dat re nil mutans cuiq; secunde.
.i. in vtroq; numero:
Tertie ab actiuis fiunt vt subiicientes
Prime plurales in tempore dantur vtroq;
Mur pro tur facto terne numeri preeuntis
Tempore plurales formans presente secundas
.s. indicatiuo vocis passiue.
Primi presentis similes formato secundis.
Iq; per o verso fit rite secunda futuro.
Pro tur presentis primi tor dando futuris
Ternas personas numero facies in vtroq;.

¶ Imperatiuus omnis actiue vocis format secundā personā numeri singularis a secūda presentis indicatiui abiecta s. sed in tertia ꝯiugatione i mutatur in e: vt amas ama/doces doce/legis lege/audis audi. Tertia persona fit a prima indicatiui o verso in et/in prima coniugatione: in alijs vero in at: vt amo amet/doceo doceat/lego ⁊ facio legat et faciat: eo et audio eat et audiat: vnde facilius fit a prima q̄ a secunda. A tertia autē singulari imperatiui modi fit a prima pluralis verso i in mus: vt amet amemus/doceat doceamus/legat legamus/audiat audiamus. Secūda pluralis fit a secūda singulari addita te: vt amate/docete/audite. Sed in tertia ꝯiugatione e in i vertitur: vt legite. Tertia pluralis formaẗ a tertia singulari interiecta n. Secūda singularis futuri fit a secunda et tertia presentis indicatiui depositis s ⁊ t addita to vt amas ⁊ amat amato/doces et docet doceto/legis et legit: facis ⁊ facit: legito et facito is ⁊ audit: it ⁊ audit: ito ⁊ audito. Prima pluralis eius sil'is est persone p̄ntis. Secunda ꝯficitur a secūda singulari addita te: vt amato amatote. Tertia ꝯficiẗ a tertia p̄ntis indicatiui addita o. vt amant amanto. ¶ Secūda ꝑsona p̄ntis imperatiuorum passiue vocis similis est infinitiuis actiue et fit addita re: vt ama/amare. Tertia fit a tertia actiue vocis addita ur. Secūda persona pluralis similis est secūde indicatiui passiue vocis: vt amamini: ⁊ multa in or fit secunda pl'is futuri: vt amamini amaminor. Prima vero vtriusq; a tertia presentis imperatiui t verso in m: vt ameẗ amemur. Tertia fit a tertis actiue vocis indicatiui addito or: vt amāt amātor Sed sicut fari et ingredi citius scimus q̄ regulas fandi ⁊ ingrediendi: vt diuus Augustinus docet ita declinare verba q̄ regulas declinandi.

¶ De verborum formis: et primum de inchoatiuis:



Nil inceptiuū: non sic fortasse vocandum
Demens persone vere ficte ve secūde
Illi co iungit: sed hio secus hisco creabit.
Omnia sub terna: noris tamē ista mouēda

Forme verboꝝ que perfecta deriuanẗ quattuor sunt videlicet inchoatiua/meditatiua/frequētatiua: ⁊ desideratiua. ¶ Inchoatiue sunt que in sco terminātur: et rei inceptionē significāt vel quantum sua primitiua: vt calesco incipio calere: vel caleo: vt Aulus Gellius docet. Formantur autē a secūda verboꝝ perfectoꝝ persona addita co: vt labo/labas/labasco. luceo/luces/lucesco. cupio/cupisco. viuo/viuisco. Hio vero hisco format nō hiasco: et misereor miseresco: que omnia sunt tertie cōiugationis. Sed aliqua non habent verba perfecta: vt iuuenesco/senesco/consuesco: conquiesco. Aliqua ab appellatiuis nominibus deriuantur: vt ab igne ignescit/a diuino diuinescit/ab herba herbescit.

De formis verborum.

De meditatiua.

s. supini.

V Breuiando rio meditatiuis superaddo
Que sine preteritis quarta nisi pauca mouebis
Esurii siquidem cum parturii reperitur.

M Editatiue forme verba meditationē significant: et in urio terminantur fiuntque a supino in u ipso u correpto et addito rio: vt esu esurio/mictu micturio: et sunt quarte coniugationis.

De frequentatiua.

A St iteratiuum formans mutando supinum
O faciens ex u: sed ito tibi fiet ab atu
nam no naui natum facit nato non nito.
Syllaba quando frequens aut saltem tertia voci est.
Et si preterito dat gi pater s remouendo
Presentis primi medie ro censeo iungi
Interdum fluito pro flucto et fluctito formo
Pro legito lecto seu lectito: recte creabo
Dico frequens sensu non est sed dictito: sic nec
Aduento: sed ab hoc iterans: aduentito natum
Querito de quero: de queso quesito: scito
Sciscitor a scitor scio format: sectorque sector
Siue sequor mauis: et ab egro egroto creabis
Aut ex agresco: per primam hec omnia flecto

F Requentatiue forme in to/et in tor/so/et xo/desinunt et frequentiā significant fiuntque a supino vltimo u verso in o: vt cursu curso/nexu nexo/dictu dicto et dictito quod frequentatiuum a frequentatiuo: vt factito/scriptito/lectito. Quorum triū prima frequentatiua in vsu non sunt. Polysyllaba que prime sunt coniugationis et a penultimum habent mutant illud in i: vt rogatu rogito/volatu volito. Dico polysyllaba supina: quia duarum syllabarum nō mutant a: vt no naui natum natu fit nato natas natare: non nito. Multa etiam dissyllaba: quia non bene sonent formant de se trisyllaba: vt cursito/lectito. etc. Illa vero que preteritum habent in gi formant vt plurimum a secunda persona abiecto s et addita syllaba to: vt legis legito quod et lectito vt diximus habet: fugis fugito. Quero quidem qnerito: queso quesito/scio scito/scitor sciscitor/secto sector/eger siue agresco egro et egroto habet. Et sciendum est omnia prime esse coniugationis. Sunt autem que euphonie gratia aliter formentur: vt fluito interdū et fluctuo dicuntur pro flucto et fluctito. Similiter lecto et lectito pro legito. Item quidam deficiunt a forma frequentatiua per significationē Nam dicto recte formatur a dico: et tamen non est eius frequentatiuum secundum Vallā sed dictito. Nam dictare est pronunciare quod alius exscribat. Et aduento recte fit ab inuenio: non tamen est eius frequentatiuū sed aduentito: quia aduentare est propinquare.

De desideratiua et aliis.

T Ertia que per so flectit: a ceu visos acesso
Legem nō noscunt: nec docti plurima fingunt

vt vello/vellis/vellico. albeo/albes/albico. vocam. i. vocalem.

.i. cum vocali.

Apparere notans in ico dat s atqꝫ vocantem

vt garrio/garris/garrulo. sorbeo/sorbes/sorbillo.

Diminuens in ulo sic vertit s aut dat in illo

vt patrisso/grecisso. ☙

I geniti faciens imitantia sso superaddes

vt numeror/operor/maceror.

Pluraqꝫ verborum de nomine facta videntur

vt crastinor a cras. supero a supra. detero a deter. ⁊c̄.

Multaqꝫ formabis de partibus haud variatis.

DEsideratiue forme verba que sub meditatiuis multi comprehendunt terminantur in so: vt viso id est cupio videre: siue ad videndum eo: facio ⁊ facesso/capis et capesso/accio accerso/lacero lacesso/arceo arcesso: et huiusmodi que sunt tertie coniugationis: et actus administrationem cum motu significant. De nominibus et significatione horum verborum aliter et argutius sentit Ualla: sed nos tritiorem vsum secuti sumus non paruo consilio. Additur his pleriqꝫ alias formas ⁊ diminutiuam in lo: vt sorbeo sorbillo/catulo catillo/garrio garulo/caluo caluillo.

¶ Ea que prima confusa sunt persona.

LEgo prima mouet: lego tercia: at vtraqꝫ fundo

Appello mando compello voloqꝫ seroqꝫ

Declinatqꝫ dico sibi prima: et tertia dico

Primaqꝫ vult sedo sed flectit tertia cedo

¶ Dico dicas ⁊ dicis. fundo fundas et fundis. volo volas ⁊ vis. appello appellas et appellis. compello compellas et compellis. mando mandas ⁊ mandis. lego legas ⁊ legis. sero seras et seris. sedo sedas: et cedo cedis.

¶ Que dupliciter in indicatiuo efferuntur ⁊ idem significant.

Pluribus interdum designo vocibus vnum

Duro et denso per o prime per eoqꝫ secunde:

Sed prime actiuis neutris addico secunde

Uno datur prime sed sepius vnio quarte.

Tergo/cauo/strido/fulgoqꝫ: et ferbeo/feruo

Conniuo: excello: vel olo cum frigore sorbo

Terna sub o flectit sub eoqꝫ secunda mouebit:

vt vido olim.

Eqꝫ mouens terne coniunges plura secunde.

¶ Tergo/tergis: ⁊ tergeo/terges. ferueo/ferues: ⁊ feruo/feruis: vt Fabius monet: et ferbeo/ferbes. strideo/strides: ⁊ strido/stridis. fulgo/fulgis: ⁊ fulgeo/fulges. denso/densas: ⁊ denseo: denses. duro/duras: ⁊ dureo/dures. olo/olis: ⁊ oleo/oles. conniuo/conniuis: et conniueo/conniues. vngo/vngis: ⁊ vnguo/vnguis. sorbo/sorbis: et sorbeo/sorbes frigo/frigis: et frigeo/friges. excello/excellis: et excelleo/excelles. vno/vnas: et vnio/vnis. caueo/caues: et cauo/cauis. ¶ Que duplicem vsurpant coniugationem.

Ast otior morior potior cupio parioqꝫ

Terna vel quarta veteres duxere mouenda:

Reddo sono ternę datur & lauo sepeqꝫ prime.

Morior/potior/ et orior sm̄ tertiā ⁊ quartā proferuntur coniugationē. Item pario ⁊ cupio pretereo testes. Reddo autē frequenter tertie: et sono ⁊ lauo frequenter reperiuntur prime: et tertie. Sed si in aliquo dubitas rogato doctissimos.

De neutro passiuis.

Audeo dans ausus: gauisus gaudeo: fisus
Fido sed solitus soleo dans fioqꝫ factus
Neutro passiuum sit: forte & mereo mestus.

Sūt preterea quinqꝫ neutro passiua que in preteritis ꝑfectis ⁊ plusqꝫꝑfectis passiuam retinent declinationē: in reliquis neutralē: audeo/gaudeo/soleo/fio/⁊ fido.

De vsurpantibus preteritum duplex.

Densqꝫ sueo suetus suauiqꝫ: sed atus & aui
Ceno cum titubo iuroqꝫ: at potus & aui
Poto sed passus vel ui pateo: ceruiqꝫ:
Aut cassus careo: placuit placitum ve placet dans
Prandi vel pransus sum prandeo dans: licitūqꝫ est
At licuit licet: ac puduit pudet ac puditum dans
Tedet pertesum formans miseretqꝫ misertum
Et mereor merui meritusqꝫ solet superaddi.

Preter hec inueniuntur ⁊ alia que duplex vsurpāt preteritū ⁊ actiue ⁊ passiue vocis: vt ceno cenaui cenatus sum: prandi ⁊ pransus sum: iuraui ⁊ iuratus sum: carui ⁊ cassus sum: patui ⁊ passus sum: merui ⁊ merit9 sum. Adde ⁊ alia in textu posita titubo titubaui ⁊ titubatus sum: poto potaui ⁊ potus sum: nō nihil tamen differūt: licet licitū est vel licuit: placet placitum est vel placuit: pudet puditū est vel puduit: miseret misertum est rarius miseruit. ⁊c̄. Tedet aūt nō teduit licet disteduit lectū sit sed pertesum est. Virg. in quinto. Pertesum magni incepti rerumqꝫ tuarum est.

De preteritis confusis.

Pendeo pendo pependi tendeo tendo tetendi
Mulceo mulgeo musi luceo lugeo luxi
Adde aceo vel uo per ui: sic frigeo frixi
Frigo fricoqꝫ sed hoc fricui quoqꝫ dat meo minxi
Meioqꝫ ceu mingo: passus pandor patiorqꝫ
Et verior vertor versus superaddere cogor.

Cerno ⁊ cresco creui: pasco paueo paui: aceo ⁊ acuo acui: pendeo ⁊ pendo pependi: luceo ⁊ lugeo luxi: mingo ⁊ meo ⁊ meio minxi: frigeo ⁊ frigo frixi: itē frico frixi vel fricui: vt tradit Phocas. Pandor ⁊ patior passus sum: verror ⁊ vertor versus sum.

Syncopata preterita.

Syncopa preteriti medio quid subtrahit in vi
Quod puto rite dari dum syllaba multa sit illi
Hic flasti scisti nosti flesti simul isti
Legimus extinxem direxti dicta licenter

Accestis dixti submosses raro iteranda.

¶ Vergilius enim dixit enei. iiij. Cū gēne extinxem pro extinxissem. In sexto Dardanus qui paridis direxti tela manusq; p direxisti. In primo aūt Accestis scopulos p accecistis apud Horatiū submosses p submouisses ⁊ alia apud alios leges. ¶ Sulpi.

¶ Non te lateat preterita in ui pferri per sincopā in secūda psona vtriusq; numeri: et in tertia pluralis: vt amasti amastis amarsit. Demūtur ex his bissyllaba preter ista q̄ttuor cū ɔpositis: scisti: nosti: flasti: flesti: legimus etiā isti[illegible] iuisti: ⁊ istis p iuistis Martialis. Equora per scylle magnus comes exilis isti. Scirūt vero nō dicimus.

¶ De preterito prime coniugationis.

Verborum est quadruplex inflexio: prima dat aui
Ex as preterito: iuuo iuui dat: lauo laui
Do cum prole dedi: sto dante stetiq; stitiq;
As in ui vertunt domo nexo cuboq; sonoq;
Atq; tonare / secare / crepare / fricare / micare
Sed neco dimico forte: vetoq; creabit vtrumq;
His plico cum natis: nisi sint ex nomine iungis
Nam si dominibus iungantur dantur in aui
Dumtaxat veluti si dicas multiplicaui.

Prime cōiugationis verba siue actiua siue neutra formāt preteritū pfectū a secunda indicatiui psona mutata as syllaba in aui: vt amo as / aui: sed crepo facit crepui: nexo nexui: tono tonui: lauo laui: iuuo iuui. do dedi: circūdo circūdedi penul. correpta: sto steti: resto restiti: veto vetui ⁊ vetaui: plico plicui ⁊ plicaui. Itē cōposita eius sed rarius in aui preter duplico quod semp habet duplicaui. Sic replicaui ⁊ supplicaui. Neco necui ⁊ necaui: domo / mui: frico fricui: cubo cubui: sono sonui seco secui: mico micui: cuius quidem composita cū prepositionibus in aui faciūt: vt dimicaui dicimus ⁊ dimicui. Ceterum non ignorandum q composita vt plurimum simplicium formationem sequuntur que secus se habent infra mouebimus.

¶ De preterito secunde coniugationis.

Ea In ui vertit recte formando secunda:
Sed iubeo iussi dans: sorbeo psiq; buiq;
Arceo dans arsi risi dans rideo: suasi
Suadeo dans: vidi video dans: strideo stridi
vt gaudeo audeo prandeo prius dicta.
Et sedeo sedi: neutropassiua: momordi
Mordeo dans simul atq; totondi tondeo dansq;
Pendeo rite pependi & spondeo rite spopondi
Et si preterito faciens verbum geo clausum
Dum presunt l & r. vel xi dum littera longa:
Diphtongusq;. leo leui: muta preeunte
Nata leo aut oleo simplexq; leo per vtrumq;
Compositumq; ad. re: cum natis torqueo torsi

Dans cieo ciui quieo formansq̃ quieui
Inq̃ ueo dans ui: vi dans conniueo vel xi:
Dans maneo mansi cum prole sua retinenti
A breue: nam mutans a per i breue rite creabit
Preteritum per ui: sed formans mulceo mulsi
Dansq̃ sueo sueui vel suetus vt ante notaui
Pelluxi faciens pelluceo: luceo luxi
Hereo dans hesi: neo dans neui/ volo demi.

SEcũde cõiugatiõis v̾ba quãcũq̃ ꝯsonantẽ ante eo hñtia in ui syllabas p̃teritũ pariũt: vt sorbeo sorbui. Excipiunt̃ iubeo iussi: et q̃ hñt vocalẽ natura longã vel ar syllabã ante deo q̃ in si p̃terita reddũt: vt rideo risi: ardeo arsi: sed strideo stridi h₃. Tollimus etiã illa que i vel e breue hñt ante deo: qm̃ in di p̃teritũ efficiunt: vt video vidi: sedeo sedi. Excipimus etiã geminantia preteritũ: vt mordeo momordi: pẽdeo pependi: tondeo totondi: spondeo spopondi. Et dicendũ est q̃d oĩa geminãtia in cõpositione nõ geminari: vt respondeo respondi. Demunt̃ a do ⁊ sto: et a disco ⁊ posco cõposita: vt addo addidi: consto constiti: dedisco dedidici: reposco repoposci. Excipimus duo a curro p̃cucurri ⁊ decucurri. Repũgo repupugi ⁊ repunxi facit. Diuido vero diuisi: prãdeo pransi ⁊ pransussũ: gaudeo gauisus sum: soleo solitus sũ: mereo mestus sum: olim ausi gauisi solui merui. Placeo placui ⁊ placit' sum teste mauro. Demunt̃ etiã hñtia i vel r añ geo: qm̃ in si finiũt p̃teritũ: vt algeo alsi: tergeo tersi: ⁊ que habẽt vocalẽ longã vel diphthongon ante geo: qm̃ in xi faciunt: vt lugeo luxi: frigeo frixi: augeo auxi. Itẽ leo leui habet: ⁊ ea q̃ cõsonantẽ hñt ante leo in ui syllabã terminãt: vt fleo fleui: obsoleo obsoleui et soleo solui: vt apud Salustiũ: ⁊ solitus sum: licet Uarro vetet. Torqueo cũ compositis in si desinit: vt torsi ⁊ retorsi. Cieo cũ h₃ ⁊ ciui.
¶ In ueo autem desinentia ueo in ui vertunt: vt faueo faui: feruco ferui sic et feruo. Nam ferbeo ferbui facit: conniueo conniui et connixi. Addũtur et mulceo mulsi: maneo mansi: neo neui: hereo hesi: luceo luxi: pelluceo pelluxi.

¶ De preterito tertie coniugationis.

vt bibo bibi. vt scribo scripsi.

BO terne fit bi: si littera longa preit psi
finita in cumbo.
Ut nupsi scripsi: per ui cubo nata notaui.

TErtie coniugationis verba in bo terminata preteritum in bi faciunt: vt bibo bibi: sed ea que vocalem propria natura longam ante bo habent bo emittunt in psi: vt nubo nupsi: scribo scripsi. A cubo vero composita faciunt in ui syllabas: vt incumbo incubui: imbuo quidem imbui.

Si co precedat vocalis longa facit xi
At si preuenit n: remouetur: coq̃ facit ci:
Ut vinco vici: si preuenit s perit ipsum
Et co ui format: sic creui cresco figurat
At ico dans ici: didici dans disco: poposci
Posco creans: ⁊ ui dans pesco ⁊ nata remoui
Addens conquexi: pater signo atq̃ peperci
Glisco preteritum fugito: glisci ve teneto

.i. quod dicunt inchoatiuum.

Et clausum per sco nullum vel patris habeto.

¶ In co n precedente abijciunt n & o in i cõuerso in ci preteritũ reddũt vt vinco vici. Que vocalẽ hñt natura longã ante co formãt illud in xi. vt dico dixi preter ico quod nũc produci nũc corripi reperitur: & ici facit. Parco autẽ peperci et parsi. Illa que s ante co habent in ui gignũt preteritũ: vt nosco noui: quiesco quieui et cõquieui. Demitur compesco quod compescui facit. Depesco depescui: disco didici: quod cũ compositis geminat. Sic posco poposci: glisco olim glisci: quo non vtimur. Conquinisco conquexi & significat inclino. Sunt qui conquessi scribant.

In di do vertunt: tamen n prius hec remouebunt
Scindo cum findo fundo: tutudi dabo tundo
A do compositum: prendo quoqꝫ di geminabunt
Pendo pependi tendo tetendi dat quoqꝫ tendi
Datqꝫ cado cecidi: format rudo rudo ve rudi.
In si do vertes longa per se preeunte
Vocali vel diphthongo ceu ledere ludo
Plaudoqꝫ: sed cessi cedo dans: cedo cecidi
Et cudo cudi fors cusi: pedo pepedi:
Fido sus: stridi strido ceu strideo: sedi
Sido velut sedeo: diuisi diuido: demo.

¶ In o finita vertunt o in i: vt pando pandi: prendo prendi. Excipiuntur habentia u vel i ante n in penultima: que in di preteritum pariunt abiecto n: vt fundo fudi: scindo scidi olim scicidi: sed diuido diuisi: tundo habet tutudi. Adduntur habentia vocalem natura longam ante do: que in si faciũt: vt ludo lusi: cedo cessi: rado rasi: cludo clusi et claudo clausi. Cedo quidem cecidi penultima producta: quando percutere significat. Sic occidi incidi et recidi pro interemi/semi/resecui. Cado vero cecidi. Occido occidi penul. cor. Incido incidi: concido concidi et similia: et cudo cudi & cusi: pedo pepidi: tendo tetendi: pendo pependi: fido nunc fisus sum olim fidi: perdo perdidi: et cetera a do composita geminant di: vt credidi.

Go vertes in xi: tamet r preeunte fit rsi
Sed rego quod generat ceu surgo pergoqꝫ xi dat

quod a paciscor quidam vt Seruius deducunt.

Frango dans fregi panxi pegi pepigiqꝫ
Pango. lego legi preter tria consulo demi
Namqꝫ intelligo diligo negligo formo per exi
Dans tango tetigi: pungo punxi pupugiqꝫ

vt cogo coegi redigo redegi.

Atqꝫ ago dans egi cum natis: degoqꝫ degi
Guo facies vt go: per xi: distingo vel vnguo.

¶ Go in xi pteritũ faciũt: vt cingo cinxi. Ago tñ egi cũ cõpositis: dego degi: cogo coegi: lego legi: frango fregi: tango tetigi: pungo pupugi et punxi: & repungo repunxi et repupugi: expũgo expunxi tantũ: pãgo pepigi panxi & pegi: primũ significat pacisci: alterũ cantare: & tertiũ cõiungere & figere. Quintilianus pepigi a paco verbo anti-

quissimo vult esse preteritū. Seruius a paciscor. Impingo impegi: diligo dilexi: negligo neglexi: intelligo intellexi. Vn̄tia r ante go p̄teritū in si creāt: vt mergo mersi. Demum cōposita a rego q̄m faciūt in xi: vt corrigo correxi: pgo prexi: surgo surrexi.

Ho vertes in xi: reperitur meioq͡z minxi.

¶ Aho in axi: vt traho traxi. ¶ Eho in exi: vt veho vexi. In eio vnum est: vt meio quod minxi habet vt mingo.

Ex lo formo lui: sed format fallo fefelli
Et pello pepuli: psallo psalli: tetuliq͡z
Atq͡z tuli tollo quondam nunc sustuli habeto

Seruius negat ad illud quarti enei. manes ve reuelli vulsi dici.

Vello vult velli: vulsiq͡z sed hoc tibi serui

In Lucano et Ouidio aliisq͡z probatis.

Displicet at legi. cello culsiq͡z culiq͡z
Pro natis veluti perculsi ⁊ perculi habebit
Excello vel eo formato culiq͡z luiq͡z.

¶ Lo in ui syllabas: vt colo colui: fallo autem fefelli: pello pepuli: psallo psalli. Tollo olim tetuli: sed nunc sustuli: vello velli ⁊ vulsi. quod Ser. vetat. Reuello reuelli et reuulsi: percello perculi et perculsi: excello vel excelleo: exculi vel excellui.

Mo fit ui: premo fit pressi sed emo facit emi
Psi como promo sumo demo: sibi danto.

¶ Mo si vocalis longa precedat vertunt o illud in psi: vt promo prompsi: reliqua vero in ui syllabas: vt gemo gemui. Emo cum compositis emi. Sed premo facit pressi perimo peremi: interimo interemi.

No vertes in ui sino siui: sternoq͡z straui
Et cerno creui dans natis: spernoq͡z spreui
At cano dans cecini: dat ui natis: posuitq͡z
Dat pono genui gigno: lino iungito leui
Aut lini: natis temno tempsi sociabis
In psi po vertes ceu repo: sed preeunte
E curto formabo pui strepo. rumpoq͡z rupi
Dant linquo liqui cum natis: ⁊ coquo coxi.

¶ In no terminata no in ui vertūt: vt sino siui: sterno straui: cōtemno inde cōtempsi habet: vt temno tempsi. Illa que g vel o ante no habēt in ui syllabas finiūt: vt gigno genui: pono posui: et a cano cōposita: vt succinui cōcinui: ⁊ succini ⁊ concini vt Probo placet. nam cano cecini reddit lino lini et leui. ¶ Po in psi vt scalpo scalpsi. Sed rūpo rupi habet. Illa tamen que e breuem ante po habent in ui syllabas terminānt: vt strepo strepui. ¶ Quo ui xi vt coquo coxi. linquo vero liqui.

Ro vertes in ui: tero triui fit: sero seui
Cum natis vel ui vel vtrumq͡z sibi petit addi
Sed diuersa notans: at format curro cucurri
Quesiui quero natis vssi dabit vro

Atqꝫ gero gessi: si verro dat quoqꝫ versi.

¶ Ro in ui: vt sero seui: cuius quidē composita in ui syllabas terminant: vt desero deserui. Sed consero et insero habent cōserui et conseui: inserui ⁊ inseui. Quero quesiui: tero triui e in i mutant curro cucurri: cuius composita vt diximus nō geminant nisi ⁊ decurro precurro: que habent precurro p̄cucurri: decurro decucurri: vt Priscianus admonuit. Gero vero gessi habet et vro vssi verroqꝫ versi ⁊ verri.

So siui facio: si vel ui dando lacesso
Ex so si faciunt hec viso facesso capesso
Accerso accesso: sed ui vel si dabo pinso
Quidam accersiui dicunt quoqꝫ rite creari
Censoqꝫ censiui censitum ceterum vt aiunt
Quum signat numerare recenseo siue recenso
Formant preteritum per ui: per itūqꝫ supinum
Queso quesiui vel quesi raro notaui.

¶ So in ui preteritū facit: vt lacesso lacessiui et lacessi etiam. Arcesso autem arcessi sicut accerso accersi: et capesso capessi habet: facesso facessi: viso visi: et queso quesi et quesiui: que tamen vt manifestū est: raro sunt in vsu. Pinso vel piso pinsi vel pisui.

To varium sibi querit ui: meto messui habebit
Sterto tui: pecto necto dant xiqꝫ xuiqꝫ:
Sed flecto flexi plecto plexi: statuiqꝫ
Sisto dum transit: sed dum neutrale steti fit
Mitto dat misi: ti verto: petoqꝫ petiui.

¶ To in ui syllabas: vt meto messui: sterto stertui: sed verto verti: flexo flexi facit: necto nexui et nexi: pecto pectui et pexi: plecto plexi: mitto misi: peto petij et petiui: sisto statui ⁊ steti: resto restiti: consto constiti: et huiusmodi.

Vo vertes in ui: sed viuo nataqꝫ vixi
Xo nexo texo per ui diuisa creabo.

¶ Vo in ui: vt voluo volui. Demuntur habentia vocalē natura longā ante uo que xi habent: vt viuo vixi: conuiuo conuixi: reuiuo reuixi. Xo in xui: vt nexo nexui.

A breuis ante cio cum compositis facit eci
Quāuis dent a per i: sed verbum icio facit ici
At dempto elicui: cio cetera nunc dat in exi
Dat dio di fodio fodi: factus modo fio
Dat gio gi fugio fugi: peperi pario dat.

¶ Cio terminata habentia a ante cio a in e vertunt: abiectoqꝫ o preteritū reddunt: vt facio feci: iacio ieci. nam alia que i ante cio habent in xi desinunt: vt aspicio aspexi At icio ici facit et ilicio ilicui. ¶ Do in di: vt fodio fodi. ¶ Fio vnum est cum compositis ⁊ habet factus sum olim fuj. ¶ Gio in gi: vt fugio fugi.

A pio formo pui: sapio nunc ante sapiui
Sed capio cepi format: cupioqꝫ cupiui

Inquio predocui facere inquisisti simul inquit
S si tio percussi quassio vel dicito quassi.

¶ Pio in pi: vt capio cepi. Cupio autem cupij et cupiui: rapio rapui: sapio sapui ꝛ sapiui ꝛ sapij. Quio vnum est inquio quod habet inquisti ꝛ inquit tantū. Rio vnum est pario quod peperi facit. Tio in ssi geminata ss: vt concutio concussi.

Semper uo dat ui: veluti pluo dans quoqȝ pluui
At struo dat struxi cum natis ꝛ fluo fluxi.

¶ Uo in ui syllabas: vt acuo acui: et arguo argui. Dicimus autem fluo fluxi: struo struxi. pluo plui olim pluui: vngo vngui et vnxi.

¶ De preterito quarte coniugationis.

Qui quarta dabit: cambiui cambio vel psi
Sancio nunc dat xi seu vincio lecta per iui
Sarcio / farcio / raucio / sentio / fulsio si dant
Lectum est ꝛ fulxi: nunc haurio postulat hausi
Et quodam hauriui: sed format sepio sepsi
Dat venio veni: salio salui atqȝ saliui
A pario dant nata rui phocas aperiui
Profert atqȝ peri duo dant pario sata cum re
Aio format ait per ii dabo facta per iui.

Quarte cōiugationis preteritū format a secunda persona presentis indicatiui mutata s littera in ui vel in i: vt munis muniui vel munij. Excipiunt in cio terminata: quasi duaꝝ excedant numerū syllabaꝝ ꝛ n habeant ante cio preteritū in xi hn̄t vt vincio vinxi quod etiā habet vinciui ꝛ vincij: sancio sanxi olim sanciui ꝛ sancij Si vero non habuerint n faciunt in si: vt farcio farsi: raucio rausi. Amicio autē amicuí ꝛ amicij. Sed haurio hausi effert ꝛ hauriui ꝛ haurij: salio saliui et salui. vnde desilui sepio sepsi: sentio sensi: venio veni: cambio campsi et cambiui: aio ai: aperio aperui ꝛ aperiui teste Phoca: ꝛ reliqua a pario deriuata in ui syllabas faciūt: vt cooperio cooperui: sed cōperio cōperi habet. Reperio p in p̄terito geminat facit repperi.

¶ De his que in supino deficiunt.

Quicquid preterito caruit datur absqȝ supino
Et sum nolo volo maloqȝ ꝛ neutra secunde
Que formant in ui nisi sint placeo noceoqȝ
Ac oleo doleo careo pareo valeoqȝ
Pareo cum lateo caleoqȝ vnde est caliturus
Sed tamen id raro: priuatis hec sociabo.

Estuo sterno ꝛc̄. vt Sulpitius dicet.

Supinis quidē carēt oia inchoatiua ꝛ meditatiua: preter parturio parturitū: ꝛ esurio esuritū. Itē sum volo nolo ꝛ malo. Adde oia neutra secūde coniugationis que p̄teritū in ui syllabas habēt: vt langueo langui: preter hec placeo / noceo / careo / pateo / valeo / doleo / oleo / pareo / ꝛ lateo a quo latito. Caleo calui secundū vsum non habet calitū: ꝛ tamen Ouidius. xiij. Metamor. dixit. Des mihi sacrificos caliturasqȝ ignibus aras. Arceo aūt ꝛ torreo sunt actiua: hec quoqȝ supinū in vsu nō habent.

Estuo / sterto / mico / rudo / strido / strideo / psallo

Et conquinesco parias: obedit quoqꝫ dego
Horreo scando pauet mando scabo iungeqꝫ scalpo
Ambigo glisco tremo satago luo disco pluoqꝫ

Et hec actiua similiter.

Respuo cerno spuo proprijs caruere supinis
Linquoqꝫ cum renuo compesco lamboqꝫ lingo
Caluoqꝫ cum metuo timeo simul urgeo sugo
Arceo cum viso posco coniungere debes
Attamen arcta frequens pariterqꝫ coercita legi
Occido si demas careant cado nata supinis.

¶ Similiter ⁊ illa que in his et alijs esse diximus defectiua ⁊ illa que p̄teritis carēt.

¶ In Bi/Ci/et Di.

IN bi preteritum capiet tum dando supinum
Ci fit ctum: di sum: sedium dabit a dare natū
Tertia quod format: quod prima paterqꝫ datū dat
Ex deo vel do sum non ex di formo supinum
S geminat cedo cessi sedeo folioqꝫ
Ut cessum cessum fossum fors cudere cussum
Ipse tamen cusum legi: ⁊ sic cedo legendum
Iqꝫ per s mutant scindo cum findere pando
Nam scissum fissum passumqꝫ dant forteqꝫ pansum
Dat tundo tusum vel tunsum fundoqꝫ fusum
Tendo sum vel tum: sed edo esum format ⁊ estum
Abscondo dat itum geminans di: nō geminans sum.

¶ De supinis preteritorꝝ in bi/ci/et di.

SUpina verborꝝ in um desinunt et in u abiecta m: vt amatum amatu. Ea que in bi preteritum habent accepta tamen syllaba supinū reddunt: vt bibi bibitum. Ci finita preteritum faciunt in ctum: vt vici victum: sed habentia i ante o mutanto in ctum: vt iacio iactū: facio factū. Horū tamen cōposita habent e ante ctum: vt reiectū refectū. ¶ Di in sum: vt vidi visum: mormordi morsum: totondi tonsum: cedo cecidi cesum: cado cecidi casum: vnde occidi penultima breui occasum. Cōposita vero a do mutant o in i ⁊ accipiunt tū: vt reddo redditū: circūdo aūt circūdata habet: tendo tentū ⁊ tensum: ostendo ostentū ostensum: edo esum ⁊ estū: sed rariori vsu abscondo absconsum ⁊ absconditū. Quinqꝫ sunt que cū cōpositis geminant ss: vt findo scindo/pando/sedeo/cudo. que habent scissum/fissum/passum/sessum/⁊ cussum. frequentius tamen cusum vt incussum et excusum leges. Tutudi tunsum seruat n. vt Priscianus in. xij. carminibus tradidit. Dicimus tamen ⁊ tusum.

¶ In Gi/Li/et Mi.

Quod dat gi dat itum: lego lectū: frangoqꝫ fractum
Et tango tactum: pango pactum: fugitumqꝫ

De supinis verborum.

Dat fugio. punctum pungo. sed ago facit actum.

cum compositis.

Dans liº sum format sic falsum fallo supinat:

Et pello pulsum vello cum sanguine vulsum.

id est compositis: quia simplex in vsu non est.

Cello suis celsum aut culsum dat salloqꝫ salsum

Tollo capit latum: sed emo/mi procreat emptum.

¶ Si in ctū: vt legi lectū. Que vero a ante n habent perdunt n: vt frango fractū. a fugio fugitū est. Li in sum: vt fefelli falsum. tuli quidē latū. pepuli pulsū. velli vulsum percuili pculsum hn̄t. Mi in tū: vt emi emptū. ¶ In Ni/Pi/Qui: et Ri.

Quod dat ni vult tum venio cum sanguine ventum

Et cecini cantum: cūm natis pi faciet ptum

Linquo suis lictum: quod dat ri vertitur in sum

Dans pario partum paritum ve: suis dabit ertum.

¶ Ni in tū: vt cecini/cantū. occini/occentū. Pi i ptū: vt rupi/ruptū. capio/cepi/captū et nō ceptū. at incipio/inceptū. recipio/receptū: ⁊ hmōi. Qui in ctū: vt liqui/lictū. ſm analogiam quo relicti relictū. Ri in sum: vt cucurri cursum. Peperi vero paritum et partū. Et ab eo composita in ertū habent supina: vt reperi repertū: per simplex p.

¶ In Si.

Si vertes in sum: si p precesserit in ptum:

Hausi vult haustum/pinso pistum/gero gestum

Indulsi indultum forte et sum: mulceo mulctum

Et mulsum: torsum dat torqueo sepeqꝫ tortum

Vroqꝫ vult vstum: si de cio vertitur in tum

Dum presunt l et r. ssum mitto. cambio campsum.

¶ Si in sum: vt vidi/visum. misi/missum per duplex ss. Demitur hausi/haustum. pinsi/pistū. gessi/gestū. indulsi/indultū: aliqn̄ indulsum. mulsi/mulctū ⁊ mulsū. vssi/vstū. torsi/tortū ⁊ torsum. Addimꝰ verba quarte ꝯiugationis habentia l vel r ante si: que vertūt si in tū: vt fulsi/fultū. farsi/fartū. Excipimꝰ quoqꝫ habētia p ante si que in ptū exeunt: vt scripsi scriptum. cambio vero campsum habet.

¶ In Ti et Vi.

Sto tibi quere statum: sed itum natis vel in atum

Verto tibi versum. vi tum facit inuariatum:

Sed caueo cautum/faueo fautum dat: adultum

Ex adolere leges amicire supinat amictum.

Vtum soluo facit de vi ceu voluo: sepultum

Vult sepelire: in itum cognosco agnoscoqꝫ clausum

Potoqꝫ potatum potum ve: lauoqꝫ lauatum

Lautum vel lotum: salio saltum sibi sultum

Dat natis. pastum dat pasco. veneo venum

A sero sume satum per itum faciens sero natum
Quero quesitum formabit: syncopa questum.

¶ Ti in atū: vt steti statū. Cuius quidē ꝛ sisto cōposita i ante tum habent: vt prestiti prestitū/restiti restitum. Ex his aliqua atum producunt: vt prestatum/obstatū/constatum. Lucanus. Constatura fides superū. Verti vt eius composita ostendūt versum habet. nam conuerti cōuersum/aduerti aduersum facit. ¶ Vi mutat in tum: vt amaui amatū/audiui ꝛ audij auditū/dimicaui dimicatū/quesiui quesitū et questū. Dicimus tamen adoleui adultum/agnoui agnitū/cognoui cognitum/caui cautum laui lautū: et lotū quondā lauatū. vt apud Horatiū lib. i. saty. iij. Ne longum faciam dum tu quadrante lauatum. Unde illud Ouidianum. Sacra lauaturus mane petebat aquas. paui pastum. Seui satū e in a: vt inseui insitum habet et conseui consitū. potaui potum olim potatum/salijui saltum/solui solutū/volui volutum/et venui et venij venum/sepeliui sepultum/amiciui amictum.

¶ In ui diuisas syllabas.
vt statuo statutum.

Quod dat ui dat itum: sed ui quod uo facit utum
omnia: vt inserui/aperui.
Rtum iungo rui. pario partum paritum ve
Et careo caritum cassum ve. rutum ruitum ve
Dat ruo: sed frictum frico formabit: neco nectum:
Atque seco sectum: sum censeo: misceo mixtum
Censoque censitum vel censeo format. itumque
vt coerceo.
Arceo compositis sibi dans arctum sociabit.
Et doceo doctum: teneo formabit tibi tentum.
Torreo dat tostum. pono positum: estque repostum
Lectum lo per ui dat itum: sed itum quoque cultum
Consultum molitum simul ac alitum sed et altum
Et salui saltum: natumque cano petit entum.
Dat rapio raptum: meto messum: texoque textum.
Et pinso pistum per itum quandoque repertum.
per regulam: sed ui quod uo facit utum. per regulam. Cello suis celsum.
Notum est indutum: simul excellumque pateoque
Dant quidam passum: legiturque a meteo mestum
To xi dante et ui de xi xum formo supinum.

¶ Vi syllabis terminata vertunt eas in itū: vt domui domitū: preter fricui frictū/necui nectū/secui sectū/censui fere censum/docui doctū/statui statutū/miscui mixtum tenui tentū/torui tostū/posui postū ꝛ positū/rapui raptū/pinsui pistū: ꝛ pinsitū apud Columellā. indui indutū/excellui excelsum/alui alitū colui cultū/consului consultū succinui succentū/concinui concentū. ꝛ sic cetera a cano. molui molitū/occului occultum/texui textū/messui messū patui passū. Habētia r añ ui syllabas mutant illas in tū: vt aperui apertū. Carui tñ caritū habet et cassum. parui paritū et partū: merui mestū. At in uo terminata vertunt illud in utū: vt acuo acutū/ruo rutum. Cōposita vero a ruo rutū faciūt: vt dirutū et erutum et eruitum: vt Prisciano placet.

Xictum formabit: sed go prius n remouebit
N retinet pungo/cingo/cingo: simul vnguo
Angoq; cum stingo et iungo: vix iunxero tingo
Fixoq; dat fixum. fluo fluxum. xi to facit xum.

Xi in ctum: vt dixi dictũ. Illa autẽ que habent n ante x abijciunt illud si tertie sint cõiugationis: vt mictum pictum. Excipimus cinctum/tinctum/vnctum/punctũ. Fluxi quidẽ fluxum habet/nexi nexum/fixi fixum.

De passiuoꝝ: et deponentium preteritis.

Si reperire velis ex deponente supinum
Actiuam fingens vocem formato per illam
Tolle ratũ fassum: tuitũ tutũ: atq; misertũ.
Ex reoꝛ et fateoꝛ tuoꝛ et tueoꝛ misereri
Ex gradioꝛ gressum: fretũ fructũ fruitumq;
Ex fruoꝛ: adiungit commentum comq; miniscoꝛ
Vultum ex vlciscoꝛ: fessumq; fatiscoꝛ et aptum
Format episcoꝛ et oblitum obliuiscoꝛ habeto
Nactum nanciscoꝛ: pactum formato paciscoꝛ.
Ast experrectum petit expergiscoꝛ. adeptum
Vult adipiscoꝛ et proficiscoꝛ habeto profectum.
Mensum et metitum dat metioꝛ: oꝛdioꝛ oꝛsum
Dum loquoꝛ: oꝛditum dum telas oꝛdine texo
Nitoꝛ sum vel tum loquoꝛ et sequoꝛ adde per utum
Expertum experioꝛ: plectoꝛ supplectoq; facit sum
Usum vtoꝛ: lapsum laboꝛ: queroꝛ addito questum:
Moꝛtuus a moꝛioꝛ formabitur et moꝛiturus
Oꝛtus dans oꝛioꝛ formabit dehinc oꝛiturus.

Passiua v̾ba ex ꝓprijs participijs ⁊ sum es est cõnectũt preteritũ: vt amoꝛ amatus sum vel amatꝰ fui: sed pticipiũ ipsum ꝑ diuersa gña ⁊ nũeros variat. Illa igitur quoꝝ actiua in supinis participijsq; deficiũt carẽt preteritis. Restat iã vt dicamꝰ de supinis cõmuniũ ⁊ deponẽtiũ: que vt facilius formes finges ex illis actiuũ in o: seruata similiũ noꝛma: finges etiã supinũ qđ verũ esse ꝯperies: vt ab opituloꝛ finge opitulo opitulaui opitulatũ qđ est verũ supinũ. Ex hoc facies participiũ quo deide preteritũ formabis. Sed hec que sequitur hanc regulam fugiunt: amplectoꝛ amplexꝰ sum/cõplectoꝛ ꝯplexus sum/nascoꝛ natus sum/sequoꝛ secutꝰ sum. Potioꝛ tertie ꝯiugationis qđ ad quartã reflectit: nã potiri potitꝰ sũ facit/vlciscoꝛ vltus sum/oꝛioꝛ oꝛtus sum ⁊ oꝛitus sum: iam absoletũ: sed eius participiũ oꝛiturus seruatur/obliuiscoꝛ oblitus sum/operioꝛ opertus sum/irascoꝛ iratus sum/cõminiscoꝛ cõmẽtus sum. Fruoꝛ in q̃ Phocas delusus est fretus sum fruitꝰ sum et fructꝰ sum/moꝛioꝛ moꝛtuꝰ sum. Tuoꝛ tertij oꝛdinis tuitus sum/tueoꝛ secũde tutus sum: ab his tueri infinitiuus cõis deducit. queroꝛ questus sum/vtoꝛ vsus sum/oꝛdoꝛ oꝛsus sum / proficiscoꝛ profectus sum/nanciscoꝛ nactꝰ sum/paciscoꝛ pepigi et pactꝰ sum/expergiscoꝛ experrectus sum

fungor functus sum/gradior gressus sum/metior mensus et metitus sum. Oui. Singula donec eris metitus gesta diei/patior passus sũ/fateor fassus sũ/fatiscor fessus sũ/labor lapsus sum/adipiscor adeptus sum. Nitor olim habebat nixus sum: necnõ nisus sum.

¶ De compositis et alijs quibusdam apex.

Simplicium norma formabis compositiua
Et si vocalem mutent. facit efficit ecit.
Sed scio compositum perꝗ raro geminandum
Preter quod do sto formant cum poscere disco
A decurro tamen precurro repugno duplabo
Fac patris inflexum variantia mente reponas
Qualia do pario sperno cubo candeo nata.
A cano nata patris seruando supina per entum
Mutant preteritum nisi quod canui quoqꝫ lectum
Unde est occanui: salio dic nata per ultum
Dans a per i maneo det ui careatqꝫ supino.
Aleo/sisto/plico/nosco sata: mente teneto
Dum presens tenet a teneat id vbiqꝫ supina.
I dum composito datur ex a: fac e supino
vt conspexi conspectum.
In do go demptis: exi dans procreat ectum.

¶ Ascensij de mutatione vocalium in compositione.
Prima regula que est generalis.

ORdine retrogrado vocales non variabo
N in vi preteritum format non rite supinum
Aut in persona verbi sine lege creata.

VOcales in compositione nõ mutantur ordine preopostero. id est anteriores mutantur in posteriores: sed non econuerso: nisi in preteritis irregulariter formantibus supina: vt a seui satum mutando e in a: a cognoui cognitũ: mutando o in i. Aut in personis irregulariter formatis: vt a volo velim pro volam. Mutatur ergo regulariter a in e/in i/in o/in u. E in i/et in o. I licet raro in u.

¶ De mutantibus a in/e/i/o: et u.

A per e dant damno: scando: spargo. arceo: mando.
Partior: et pario: paro: perpetior: gradiorqꝫ.
Sarcio cum paucis: sed farcio pluribus addes.
quia permaneo et remaneo dicuntur.
A per i dant habeo. taceo. placeo: maneo fors.
Et lateo: facio: iacio: capio: rapioqꝫ
Frango: ago tango: cado: pango statuoqꝫ: canoqꝫ
Et sapio salio fateor ratus assit apiscor

De mutatione vocaliũ in cõpositione.

Sed post ante habeo per cum placeo maneoqꝫ
Et perago satago: bene vel male cum facio sat
Et satis atqꝫ re cum maneo dic a retinere
A simul e danti ledo quero atqꝫ cecidi
Dans cedo: et nomen quando equus fiet iniquus:
A mutatur in u dum laui fit mihi lotum
Au mutatur in o dum plaudo fit mihi plodo
Au mutatur in o dum pro claudo fero cludo
Et dum pro sa to fit componendo resulto.

¶ A mutatur in e: vt dãno cõdemno: scando ascendo: arceo coerceo: spargo aspergo: mando cõmendo: non tamẽ semper vt demando remando: partior impartior a pario comperio paro impero. dico tamen preparo separo. reparo perpetior patior sed compatior dicam. Gradior congredio. Sarcio resercio dissercio. Farcio refertio cõfercio. ⁊c̃. A in i mntant hebeo prohibeo: taceo conticeo: placeo displiceo: maneo immineo: sed permaneo ⁊ remaneo nõ mutantur. Lateo diliteo: facio inficio: iacio reijcio: capio concipio: rapio corripio: frango perfringo: ago redigo: sed perago satago seruant a. Tango contingo: cado occido: statuo constituo: sapio desipio: cano cõcino. Pango ꝯpingi. salio prosilio. fateor diffiteor. ratus irritus. apiscor indipiscor: ⁊ adipiscor et similia dicam tamen post habeo/ante habeo/perplacet/permanet/peragit/fatagit/satisfacit/benefacit/remaneo: et quedam alia. ¶ Ae diphthongus mutatur in i longum: vt ledo allido/quero inquiro/cedo faciens cecidi: incido sed a cedo cessi dicitur incedo. Et nomen equus fit iniquus. A in o mutatur: vt laui lotũ. Au in o: vt plaudo explodo. Mutatur etiam in u: vt dum pro claudo dicitur cludo. Et dum pro exalto dicitur exulto.

¶ De mutantibus E in I/aut O in U. Et de ceteris.

E per i dant specio lego forsan emoqꝫ premoqꝫ
Et rego cum teneo: relego cum perlego dempto
E mutant in o dum prisce aduortite dico:
I mutatur in u volumus dum dico: sed illa
Que legem fugiunt non sunt sub lege locanda.

¶ E mutatur in i in compositis a specio: vt inspicio: a lego vt diligo: tamẽ perlego et relego e seruant. Ab emo: vt redimo/adimo. A premo: vt imprimo/comprimo. Ab rego: vt dirigo/corrigo. A teneo: vt distineo/contineo. ⁊c̃. E mutatur in o dũ dicitur aduorto pro aduerto. I mutatur in u dũ volumus et quesumus pro volimus ⁊ quesimus dicimus. Sed anomala non spectant ad legem. O etiam mutamus in u. nam nos dicimus vultis vbi antiqui volitis: et seruus dauus: vbi illi seruos dauos in ñrõ singulari dixerunt. Sed finẽ facio. ¶ Composita fere sequuntur naturã simplicium: vt facio feci/afficio affeci. Non geminãtur nisi composita geminantiũ preter hec: do vt reddidi. sto/vt prestiti. posco: vt depoposci. disco/didici. precurro/precucurri. repũgo/repupugi. ¶ Notanda aũt sunt que alterius sunt generis composita q̃ȝ in simplici: vt do/das/dare: circũdo/venundo/pessundo prime: cetera preter reddo quod tamen raro prime est: sunt tertie ꝯiugationis. Pario itẽ est tertie: sed composita quarte: sperno tertie: asperno prime et deponentale. Cubo prime: incubo et cetera que in recipiunt tertie. Candeo secunde: et tamen incendo/accendo: vt quidam volunt ab eo nata tertie. Composita a cano non seruant eius preteritum sed supinum: salio in compositione fit sultum: vnde insulto ⁊ exulto. maneo habet mansi: sed immineo imminui: sine supino. Preterea composita a leo/sisto/plico: et nosco a simplice vt dictũ

est descendunt. Que vero a habent in presenti licet illud muten t in preterito: recipiunt tamen rursus in supino: vt facio feci factum: sed si a in i mutant habent e in supino: vt conficio confectum. Excipiuntur do et go finita que a recipiũt: licet mutem in presenti: vt occido occasum. cogo coactum. subigo subactum.

¶ De passiuo neutris.

Compereor/mereor/liceor/diuertor habent q̄
Neutri preteritum passiuo neutra vocentur

¶ De neutro passiuis.

Exulo cum liceo: cum vapulo/veneo/nubo:
Fioq; neutrali sub voce pati tibi signent

¶ De verbis communibus.

Largior/experior/veneror/moror/osculor atq;
Criminor/amplector/interpretor/hospitor/hortor
Nō patiuntur aguntq; simul communia dices.

¶ Sub o neutralia: et sub or deponentalia.

Naufrago cum minito medico cum depreco solo
Murmuro/participo/zelo: simul atq; maligno
Punio/precipito/populo cum lachrymo/pasco
et imperatiuo.
Patio/luxurio/fabrico/emulo: cum comito olim
Pluraq; neutra sub o: sed in or deponere dico.

¶ Cōperior mereor ꝛ diuertor habent comperi merui et diuerti: que Phocas passiuo neutra appellat. Potuissem pluribus in locis auctoritates doctorum afferre: sed q2 studui breuitati illas preterij nō imprudēter. Si qui vero sunt q̄ doctorꝝ testimonia qui erant ex doctissimis grammanticorꝝ atq; vsu auctorum accipere poterunt.

¶ Vale lector virtutum semper sequendo.

Jam tandem exacta est operis tertia nostri:
Cur docilis plausus tot mihi turba facis?
Jactetur clari nomen Falconis astra
Quem laudare satis nulla camena potest.
Hic est qnem virtus toto redemiuit honestor:
Huic date celestes prospera cuncta dei.

¶ Finis prime partis principalis. Cuius dictionarium est in fine.

¶ De regimine dictionū compendiosa traditio.

GRammatice est recte scribendi/recteq; loquendi scia. Ut aũt recte loquaris tria cognoscas oportet Primuz que sit sua cuiusq; dictionis in signando/declinando/coniugado: insq; ceteris accidētibus proprietas. Deinde que accidentia ꝛ quibus modis congruā locutionē constituāt. Postremũ quo situ/qua lege/quaq; elegātia patres inter se ꝯgrue in orōnis seriem colligi debeant. Primum quidem cum apud alios q̄plurimos: tũ apud Sulpitiũ verulanum: virum mea qui dem sententia de litterarũ tyronibus q̄optime meritum cognoscere poteris: apud quem tametsi reliqua quoq; duo accurate sane pertractata sunt: tamē q̄m aliĩ carmen/alij regulas desiderant faciliorem docendi viam inuenisse nō paucis visi sumus: quam ne multa pollicitemur nunc aggrediamur.

¶ De accidentibus ꝯgruitatē discernentibus.



Uattuoꝛ hec casus/psona/genus/nūerusqz.
Ola puer: vocum discernunt congruitatem

Accidentia que sermonem congruum ab incongruo discernunt quattuoꝛ sunt casus inter dictionem regentem et rectā: persona inter suppositum ꝛ verbum: genus inter substantiuum ꝛ adiectiuum: et numerus tam inter suppositum ꝛ verbum ꝙ̄ inter substantiuum et adiectiuum. Cetera autem accidentia congruitatem non immutant: noscenda tamen sunt: dico casus inter dictionem regentem et rectam: quia tota ratio casus dependet a dictione regēte: nec aliā debent esse eiusdem casus ꝙ̄ que ab eodem similiter tento: aut reguntur aut regi videntur: vnde contingit ad idē pertinentia in diuersis casibus poni si se mutuo regant: vt virtus dei: et adiectiuum et substantiuū si a diuersis regi videātur: vt apud Horatium: quis non malarum quas amoꝛ habet curas hec inter obliuiscitur: vbi malarū ponit in genitiuo: quia ab obliuiscitur: et curas in accusatiuo: quia a verbo habet regitur: est tamē figurata locutio at illa apud comicū. Quas credis esse has non sunt vere nuptie venusta est. Item et statim dicam: interrogatiuum et responsiuum aut coniuncta si nō regantur ab vno similiter tento: hoc est vnamquāqz dictionē in vno casu regentem: possunt esse diuersorum casuum: vt quanti emisti: decem aureis et pluris.

Dictio regens est dictio confuse significans et potens per casum certū specificari. Omnis autem pars quodāmodo regere potest: preter coniunctionem que nullum casum regit: sed rectos copulat. Propria tamen nomina et pronomina pro propriis posita non regunt casum: quia non significant confuse: nisi accipiantur pro appellatiuis: vt deiphobe glauci: scilicet filia. Maria zebedei: subaudi vxoꝛ. Sic dum dicit venus: quid meus eneas: subaudiatur filius. Dictio recta est dictio casualis in certo casu confusionem regentis determinans: vt dum dicitur libertus dubitaꝛ cuius: dicā ergo cesaris: aut alterius. At dum dicitur libertinus: non est addendum cuius. Absolutum enim est significans hominem libertine conditionis. Ideo autem dicitur recta: quia mutari non potest: licet regens mutetur: vt hic est libertus cesaris: hec est culpa liberti cesaris: dedi liberto cesaris. ꝛc̄.

De hiis que eiusdem erunt casus. Ti. ii.

Nam quecūqz pari vel ab vno recto tenentur
Eiusdem casus (si par videatur) habentur
Ut duo fixa ad idem spectantia: Mobile fixo
Adiectiuum: querens cum respondente: simulqz
Quā/nisi/preterꝙ̄/pariumqz aduerbia quedam:
Substans atqz vocans verbum et coniunctio nectunt
Attamen arbitrio committo cuncta regentis.

Quecūqz reguntur ab vno aut pari. id est eiusdem virtutis rectore similiter tento erunt eiusdem casus. Sunt autem multiplicia. Unde pro facili puerorum eruditione sint he regule speciales.

Prima regula de iisdē casibus

Duo vel plura substantiua idem per modū eiusdē pertinētia sic ab eodē regātur erunt eiusdem casus. vt dauid propheta eximius Maro poeta disertissim⁹. Et quia sic vnū substantiuū apponiꝛ alteri diciꝛ appositio: que describeꝛ inter figuras.

Secunda regula de eiusdem casibus

Adiectiuū et substantiuū si ab vno similiter tento regantur erunt eiusdē casus: vt vir bonus disputat. Dico si ab vno regantur: quia si se mutuo regant: vt lauacrū nigre non imbibūt colorem. Aut si a diuersis regantur: vt in exemplo Horatiano titulo primo posito. malarum curas: possunt esse diuersorum casuum.

¶ Tertia regula de iisdem casibus: vt pote de interrogatiuo et responsiuo. Ti. iij.

Respondens: casum similem subiunge roganti
Et genus interdum: ceu si das mobile: verum
.i. predicamenti.
Alterius generis ne vocem des logicalis
Neu quesitiuis aduerbia dissona subdas
Attamen arbitrio casum committo regentis.

fd 62 · 75 · 51

Quis venit? eneas. Cuius genitor? meus atque
Ascanij. Cui fert? rome. Quid? numina victa.
Abs quibus? A grecis: Ubi sunt ea? Rome et in arce
Unde aduecta putas? troia aut de menibus altis.
Qua? recta aut per aquas. Quo? dixi romam et in arcem.
At qui rite loces aduerbia postea disces. At qui .i. sed quomodo.

¶ Interrogatiuū et rn̄siuū dūmodo regant ab vno similiter tento .i. oēs dictiōes in eodē casu regēte erūt eiusdē casus: vt cui⁹ accusatus es? furti. Quē amas? deū. Dico similiter tento: qr lʒ rn̄dere querēti quāti emisti? tribus aureis. Est eni frater tu⁹ accusatus furti an sacrilegij? Neutro: vel vtroque: vel altero: vt suis locis declarabit. Neque opus est ꝯueniāt in nūero aut gn̄e: nisi adiectiuū rn̄deris qd ad tacitū substātiuū respiciet: vt q̄t lr̄as ad me dedisti? Rn̄de vnas. q̄t epistolas? vnā nō vnas: qr itelligitur epistolā. Nec tn̄ satis est casū obseruasse nisi ꝛ eiusdē forme seu p̄dicamēti rn̄sionē dederis: vt querēti qualis es? nō dices magn⁹ aut paru⁹: sed bon⁹ aut malus: alb⁹ aut fuscus: aut simile de gn̄e qualitatis. Quod in alijs interrogatiuis est attendendum.

¶ Quarta regula de iisdem casibus.

¶ Preterea q̄ nisi preterque aduerbiū similitudinis. Verba substantiua/vocatiua: et eoꝝ vim habentia: coniunctiones copulatiue et disiunctiue copulant similes casus: quos variare potest virtus diuersa regentis: vt saluus sum presidio meo et hospitis emi equum decem aureis et pluris. Exempla regule sunt. Honor est melior q̄ diuitie/nil nisi deū quero. Nihil preterque iustū peto. Nihil preterque honestū et honori dignum. Preter autem accusatiuum regit: vt nil preter virtutem. ꝛc. Item diligo te vt fratrem. Fecisti enim velut alter/ego dauid propheta. Salomon interpretatur pacificus Christus est deus et homo.

¶ De adiectiuo cū substātiuo vel substātiuis. Ti. iiii.

In genere et numero cum casu mobile fixo
Quadrat quodque suo: quod si vis nōsce scies: qui:
Ille is et ipse sui: seu participantia queuis.
Respicere ad presens: reliqua ad subiens duo si sint.
Fixa magis: digno conceptio: zeugma propinquo
Mobile dat: paritas tamen et collatio primo.

¶ Adiectiuum conformabitur suo substantiuo in genere/numero: ꝛ casu: vt vir bonus. Dico suo substātiuo ꝓpt has regulas speciales. Quaꝝ prima est. Demōstratiuum ꝛ res demōstrata tā tacita q̄ expressa ꝯformabunt in gn̄e nūero et casu: vt hoc caput .i. meū. tu sic hic esses .i. q̄ ego sū. Scđa est qn̄ hec relatiua q̄/q̄/qđ: Ille/ipse/sui: et is: et participia ponunt inter duo substātiua tūc nisi cā ornat⁹ obsit volūt ꝯformari precedēti. sed cetera adiectiua sequēti: vt petr⁹ q̄ currit monet: verbū est factū caro. Dico hec relatiua qr cetera sequēti ꝯformant: vt ioānes diligit suā vxorē q̄ talis est quales olim vestales. ꝛc. Dico inter duo substātiua: qr si relatiuū q̄ preponat aut

participiũ postponatur aut ornatus ratio habeatur aliter fieri posset: vt post regimina dicẽdũ est. Tertia est si duo sint diuersoꝝ accidẽtiũ substãtiua respectu vnius adiectiui id ꝯformabitur aut digniori per cõceptionẽ aut viciniori per zeugma: aut principaliori: hoc est priori si per similitudinẽ aut cõparationẽ loquamur. Exemplũ de cõceptione ꝑ adiectiuũ duoꝝ gñm: vt venus ⁊ cupido sunt diui de quibus enei. iiij. vna dolo diuũ si femina victa duoꝝ est. Exemplũ de conceptione ꝑ adiectiuũ trium generũ: vt Mulciberi capti marsqꝫ venusqꝫ dolis. Exemplũ de zeugmate mars ⁊ venus capta est. Exemplũ de locutione ꝑ similitudinẽ: vt ego sicut fenũ arui nõ aruit: de cõparatiõe: hector id melius ꝙ tu fecisset: nõ fecisses. Sed de his statim dicemus Ordo versiculoꝝ nostroꝝ est. mobile. i. adiectiuũ quadret. i. et formetur fixo. i. substantiuo: quodqꝫ. i. vnũquodqꝫ suo. i. ꝓprio in gñe ⁊ numero cũ casu: quod. s. mobile suũ. i. cuiusqꝫ proprium si vis nosse: scies qui. i. hoc relatiuũ qui que quod: ille is ipse sui: seu quęuis. i. quelibet participantia respicere ad preiens. i. añs. s. substantiuũ reliqua. s. mobilia ad subiens. i. sequens: vnde figurate dixit horatius: sed incitat me pectus ⁊ mãme putres equina quales vbera pro qualia. Si sint duo fixa. i. substãtiua. s. diuersoꝝ accedentiũ cõceptio dat mobile magis digno. s. substãtiuo: id aũt magis dignũ quod est prioris gñis ⁊ ꝑsone ⁊ recti casus: sed quod pluralis numeri: ⁊ zeugma dat mobile substantiuo magis ꝓpinquo. i. viciniori. vicinius aũt est notũ nisi tertiũ ponatur in medio: et tũc p̃cedẽs putabitur vicinius ꝑitas. i. locutio ꝑ similitudinẽ ⁊ collatio. i. ꝯpatio dat mobile primo. s. fixo aũt substã. hec exposui ne breuitas obscuritatẽ pariat.

De supposito ⁊ verbo. Ti. v.

Verbum finitum vult suppositum sibi rectum
Eiusdem numeri ceu persone sociari:
Attamen euocit ans: conceptio: zeugma: prolepsis
Synthesis atqꝫ venus quid sint signare iubemus

Verbum finitum vult conformari cum supposito recti casus in numero ⁊ persona ego amo illi amant: verũtamen notande sunt figurata ⁊ venustiores locutiones de quibus suo loco Sulpitius: ⁊ in tractatu de figuris Mãcinellus disputãt. Nequis autem in dictis locutionibus quas figuratas vitium inesse putet cum sit summus ornatus purget puer id quod ab aliis vitio datur hac regula. Quandocũqꝫ verbum vel adiectiuum vel relatiuum refertur ad diuersorum accidentium supposita substantiua vel antecedentia: quoniam vtriqꝫ conuenire non potest satis est suo: id est digniori aut viciniori aut principaliori conueniat. Neqꝫ opus est vt cum expresso sit congruitas dum cum subaudito facile intellectu fiat vt in zeugmate ⁊ prolepsi. Satisqꝫ est interdum in re congruant: vt in synthesi.

De relatiuo ⁊ añcedẽte ⁊ ceteris reg. pueroꝝ. Ti. vi.

Personam proprii vult qui seruare relati:
Et genus ⁊ numerum nisi pro patre nata ferantur.

Relatiuũ qui q̃ qđ vult ꝯformari cũ suo añte in gñe numero ⁊ ꝑsona hoc est eiusdẽ est ꝑsone cuius añs. nisi referat ꝓnomẽ possessiuũ ꝓ primitiuo. Dices ergo: ego sum qui loquor tecũ: tu mater q̃ locuta es fugis hoc numen quod locutũ est nõ videtur. Qñ vero possessiua referunt in nullo cõuenire debent: vt omnes laudauere fortunas meas qui haberẽ filiũ tali ingenio preditũ. Ratio est ꝙ mis et tis ad que referãtur non sunt in vsu: et mei tui sui cum re possessa poni nõ possunt. Sed hec alibi. Pueroꝝ autem regule de singulis casibus quas ante donatũ ⁊ didici et docui sunt he.

Regula pueroꝝ de nominatiuo. Ti. vii.

Suppositũ verbi ꝑsonalis finiti modi hoc est cui significatio verbi attribuitur erit recti. i. nominatiui ⁊ interdũ vocatiui casus qñcũqꝫ precedit ntũs dictionẽ copulantẽ cõsimiles casus: etiã dũ nõ impediatur sequens erit nominatiui casus. Exempla sunt Joannes scribit. Maro est poeta. Lucanus habetur doctus.

Regula de genitiuo. Ti. viij.

Genetiuus.

Omnis dictio casualis significãs p modũ cuius.i.que recte respondeř ad interrogationẽ factã per cuius poneř in genitiuo: siue queraŧ cuius res possessa: vt cuius equus regis: siue cui⁹ ꝯsanguineus aut affinis: vt cuius filius: ioannis. Cuius gener: petri. Siue cuius artificis: vt epistola pauli. Siue cuius precij: vt equus centũ aureoꝝ. Siue cuius passi: vt amator vini. Siue cuius totius: vt caput ioannis. aliqd pecunie: siue cui⁹ multitudinis: vt optimus grecoꝝ: siue cuius subiecti. vt albedo parietis: siue alterius vt suo loco declarabiř. Adde copulatiua vt volẽtis esse docti.

¶ Regula de datiuo. Ti.ix.

Datiuus.

Omnis dictio significãs id cui aliqd fit: aut est ⁊ interdũ cui rei seu ad quã rẽ ponetur in dtõ. Exemplũ cui aliqd fit: vt doceo tibi filiũ tuũ: cui est: vt sum tibi pater. Sũ tibi vtilis. Si q̃ras cui rei: dicã: bello. Itẽ do tibi audaciã istã. Si queras cui rei: dicã: vitio ⁊ ita in cõsimilibus. Addetur autẽ semp regula de copulatiuis consimilium casuum: vt non conceditur poetis esse mediocribus.

¶ Regula de accusatiuo. Ti.x.

Accusatiuus.

Omnis dictio significans id in quod trãsit actus verbi sic vt possit esse suppositũ verbi passiui ⁊ que sequetur ꝓpositionẽ acti casus erit acti casus: vt do custodi equũ et custodẽ equo in diuerso sensu. Sunt et alie regule de actõ que suis locis ponentur. De ꝓpositione exemplũ est vado ad patrem sum apud patrem.

¶ Regula de vocatiuo. Ti.xi.

Vocatiuus.

Quicquid vocaŧ interrogatur aut excitatur p modũ scđe ꝑsone erit vcti casus: vt tityre coge pecus. Qui fit mecenas. ⁊c. o crudelis alexi. ⁊c. Construitur ergo vctũs cum verbis secunde persone aut aduerbiis vocandi semper autẽ cum verbo ponatur a parte anteriori: sequi enim nescit nisi participium vocatiui casus: vt lectule delitijs facte beate meis. Sed de hoc alibi.

¶ Regula puerorum de ablatiuo. Ti.xij.

Ablatiuus.

Omnis dictio significans id quo aliquid fit: aut mensuram excessus: aut quantitatis aut tempus in quo: aut a comparatiuo vel a prepositiõe ablatiui regitur in ablatiuo ponetur vt video te oculis: non cum oculis: hic tribus digitis excedit te. longus enim septem pedibus fuit anno a natiuitate decimo et octauo ab omnibus iudicatus. Doceat preceptor exempla cum regulis.

¶ De regimine nominum. Ti.xiij.

Nomen vt ad hũc locũ facit: duplex est substantiuũ ⁊ adiectiuũ. Substãtiuũ qđ ṽbo vel adiectiuo substat. Adiectiuũ qđ substãtiuo sine quo stare nescit adijcit qđq substãtiuo ꝓprietatẽ seu accidẽs qđuis apponit: vñ et a grecis epitheton đr a latinis adiectiuũ. Substãtiuũ nomẽ ꝓprie gtm̃ regit. Sz q: latini abltm̃ in locũ ei⁹ susceperũt: magnã inter se rationẽ hñt vsq adeo vt cũ pluribus indifferẽter ꝯstruaŧ quãobrẽ substãtiua duos casus regũt gtm̃ et abltm̃ gtm̃ quidẽ p se abltm̃ mediante adiectiuo. Ceterũ si qñ dtm̃ regere videtur hoc fit intercessione verbi: vt est mihi pecunia: sum tibi pater. Adiectiua oẽs obliquos regũt nũc gtm̃ vel dtm̃: nunc gtm̃ vel actm̃: nũc dtm̃ vel abltm̃: nunc dtm̃ dũtarat: nunc duos datiuos: nũc dtm̃ vel actm̃: nũc dtm̃ vel abltm̃. Actm̃ aũt duriter ⁊ improprie regũt. Nunc actm̃ vel nũc abltm̃: nũc abltõ contenta sunt de q̃bus oĩbus suo ordine precepta sequuntur.

¶ De substantiuis regentibus genitiuum. Ti.xiiij.

De substantiuis regentibus genitiuum.

Dum substantiuo substantiuum sociatur
Et nihil est medii: sed res diuersa putatur:
Et dubitas cuius: recte sequitur genitiuus.

¶ Qñ duo substãtiua: diuersa significãtia: sine cõiũctione sic se hñt q alterꝝ alterius sit determinatiuũ p modũ cuius tũc determinans erit gti casus: vt poesis vergilii. Dico duo substãtiua q: adiectiuũ ⁊ substãtiuũ erũt eiusdẽ casus: vt poesis vergiliana: addo diuersa significãtia: q: q̃ idẽ significãt: eiusdẽ sunt casus. vt dauus cessator. Addo p̃terea sine cõiunctione: q: vt suo loco diceŧ ꝯiũctio ꝯsimiles casus copulat vt molẽq ⁊ montes sup altos imposuit. i. molẽ montiũ. Addo nouissimo sic se hñt q alterũ alterius sit determinatiuũ: q: si in synthetis plura substãtiua vnũ tertiũ determinent: erũt eiusdẽ casus: vt Dum etas: metus: magister ꝓhibebãt. Hanc regulam Alexander atq alij sane multi in multas diuiserũt eo q dictio regẽs a qua regimen denoĩant multiplicẽ respectũ ad rectã habet. Nũc eñi regit res possessa possessorem

vt equus regis. Nũc verbale actm̃ verbi: vt amator dei: nunc causa effectũ vt coriũ calciamentorꝝ: faber domus. Nũc effectus causam materialē: vt vas auri: sed latine dices vas aureũ: vel ex auro. Formalē vt homo bone aie. Efficientē vt epistola pauli: ⁊ finalē vt sanitas ambulationis domus orōnis. Itē mēsurā rē mēsuratā: vt modius tritici. Itē locus locatũ vt vas cretici vini: ⁊ ɔtra vinũ mũdi vasis. Itē pars totũ vt caput hoīs: ⁊ ediuerso mediante adiectiuo: vt hō duri capitis: similiter ꝓprietas subiectũ: vt virtus viri: ⁊ ɔtra vir magne ꝟtutis. Adde ad hoc que ad aliq̃d sunt dicta vt libertus seueri patroni patronus fidelis liberti. Itē q̃ excellentiā ex cōgeminatione importāt: vt maria virgo virginũ: vel ex ꝓprio significatu vt caput sceleris: origo salutis: fundamentũ pacis. Itē q̃ cōsanguinitatē aut affinitatē cōnotāt vt pater petri collega pauli. Deniq̧ q̄cũq̧ an interrogationē factā p cuius responderi possunt: erũt gti casus. Sũt autē quinq̧ genitiui/mei/tui/sui/nostri/⁊ vestri: passiue dũtaxat significātes: quocirca vt in regimine gti a verbis docebimus: nō possunt responderi ad interrogationē cuius agētis aut cuius possessoris: sed ꝓ ipsis respondebimus ipsorꝝ possessiua in eodē casu in quo prius substantiuũ ponit: vt cuius equus nō respondebo mei sed meus. Cōstituunt autē legitime dicti gti cũ nominibus verbalibus ⁊ adiectiuis neutri gn̄is partitionē cōnotantibus vt sum cupidus tui: facio amore tui: virgo pdes aliq̃d tui. ⁊c̃. Instar nomē indeclinabile qđ fm Vallēsē ad eq̃parationē et nō ad similitudinē ptinet gtm̃ sine ꝓpositiōe precedente regit vt instar montis equũ diuina palladis arte edificant. Itē argolici clypei ⁊ phebee lampadis instar. Sũt tñ qui Seruiũ secuti vtantur in significatiōe similitudinis. Antiqui etiā dicebant ad instar. Inde nascitur instauro quod est instar prioris aliquid resercio.

¶ De substantiuis regentibus gtm̃ vel abltm̃ mediante adiectiuo. Ti. xv.

Mobile dum parti iunctum est vel proprietati
In genere ⁊ numero: casuq̧ simul sub eodem
Totum aut subiectum patrio aut sexto dat vtrũq̧
At dum subiecto vel toti mobile quadrat:
Addicet partem sexto vel proprietatem
Sed partem ⁊ quarto: que greca figura: poetis
Usurpata frequens: oratori fugienda est.

Uir fedi nasi/tamen eximie probitatis
Uir fedo naso/tamen eximia probitate
Uir fedus naso/tamen eximius probitate
Uir fedus nasum/vel fractus brachia miles
Dic fedo naso/vel cui sunt brachia fracta.

¶ Ordo est: dũ mobile iunctũ est pti vel ꝓprietati in gn̄e ⁊ numero ⁊ simul sub eodē casu: tũc sup. totũ. i. dictio significans totũ: aut subiectũ dat vtrũq̧ tam adiectiuũ q̧ partē aut proprietatē patrio. i. gtō aut sexto. i. abltō. Cetera patent. ¶ Noīa substātiua significantia totũ vel subiectũ regũt partē aut ꝓprietatē in gtō vel abltō intercedente vtiq̧ adiectiuo eiusdē casus. Exemplũ de eo qđ totũ significat vt vir magni capitis vel magno capite. de eo qđ subiectũ: vt vir magne virtutis vel magna virtute. Totũ integrale de quo hic loquit: est quicq̃d in plures partes vnā rem integrā ɔstituentes resolui pōt. Pars integralis est q̄ cũ ceteris ptibus reddit totũ: vt hoīs partes sunt caput manus pedes ⁊ relique. Subiectũ est qđ adiectiuo subijcit tanq̧ materia in qua ɔsistat. Proprietas est oē adiectiuũ in abstracto designatũ etiā si ab adiectiuo nō recte deducat dũ tñ accidēs iportet: vt ɔsiliũ/spes/fides/animus/mēs ratio/ingeniũ/robur/humanitas/virtus. ⁊c̃. Dixi in regula mediāte adiectiuo eiusdē casus: q2 adiectiuũ pōt duobꝰ cōformari: ⁊ regenti ⁊ recto. Dũ regēti ɔformatur synecdochen facimus nũc in actō qđ poetarꝝ dũtaxat est vt ꝟgilius nuda genu: nũc in abltō qđ historiographorꝝ est. vt. C. Antonius pedibus eger. Sed vt docet Valla vir argutissimo ingenio synecdochen oratores sũmopere fugiũt. Dũ aũt recto ɔformatur: si Seruio grāmaticorꝝ diligentissimo auscultare volumus in gtō grāmatice vtrũq̧ locabimus: vt vir sani cōsilij. Nā in illo Virgiliano. Bina manu lato crispans

hastilis ferro:⁊ in multis alijs eiusdē viri locutionibus abltīm ꝑ gtō censet. Alij vero vt Ualla oratoriā ⁊ elegantē dictionē in abltō existimant:⁊ ornatissime dictū putāt Uir magna virtute. Sūt tñ ꝗ subaudiant preditus ornatus:vel q̄d simile. Enimuero gtūs magis substantiuis quadrat. Nā ⁊ ipsum alternatim etiā sine adiectiuo in his dictionibus ponimus:vt multa viri virtus ⁊ vir multe ꝟtutis. Sine adiectiuo vt leticia regni ⁊ regnū leticie. Utcūq̄ tñ censueris honesta est in ablatiuo quoq̄ locutio.

¶ De substātiuo peculiariter abltīm ⁊ cōiter dtīm regente. Ti.xvi.

Querit opus sextum dabit est cuicūq̄ datiuum

¶ Unū est substātiuū quod grā indigētie quā significat abltō iungit̄: vt opus nomē indeclinabile. Uirgi. Nūc animis opus Aenea nūc pectore firmo. Et quia mediante verba est ponimus habentē in datiuo. vident̄ hoc modo plurima substantiua etiā datiuū regere:vt in euāgelio nō est opus bene valētibus medico. Sic dico Joannes est presidiū ciuibus. Cicero reipublice salus ⁊ hec de substantiuis.

¶ De adiectiuis ⁊ etiā substātiuis regentibus accusatiuū. Ti.xvij.
.i.actō gtīm.

De verbi quarto faciat verbale secundum
Ans/ens/tꝰ/xꝰ/gꝰ/ius/uus/idꝰ/rꝰ/or/ix/cus.
Pos/ceps/ers/ax/ex/ux/osus cum genitiuis
Maturus/prestans/fidens/felix/maro iungit.

¶ Omne nomē verbale mutat accusatiuū sui verbi in genitiuū:⁊ ediuerso genitiuū in accusatiuū verbi mutare poteris prepositis verbo qui que quod: vt amator vini qui amat vinū. Abstracta autē sic resolues:cōcupiscētia rerū qua q̄s cōcupiscit res. Sūt aūt multe istiusmodi verbaliū terminationes quarꝫ plurimas referemus. Primo in ans:vt amans vini spirans minarū ⁊ cedis:seruas equi obseruans amicitie ⁊ suplatiua ab ijs formata. Uir ⁊ seruantissimus equi. Quintilianus Demererer amātissimos mei. Illud quoq̄ Uirgilianū. O prestans animi iuuenis posset huiꝰ loci censeri:q̄uis sint qui dicant tibi genitiuū ꝑ abltō positū vt sit. O prestans animo. Sed si aduerterimus discrimen est. Nā prestās est aio cuicūq̄ prestantia animi dat̄ prestans aūt animi qui animū prestantē facit:vt iuuenes quibus ꝓ etatē prestātior animus esse nequid. Similiter illud eiusdē. eui maturus:ad hūc locū referri potest dicitur eni de eo qui euū suū maturat cū maturus euo dicatur quē euū ipsum maturū facit. Itaq̄ vt inquit Seruius maioris laudis est esse maturū eui q̄ euo:⁊ meo iudicio p̄stantē animi q̄ aio. Itē plus est esse fidentē animi q̄ aio vt de Sinone. Fidens animi atq̄ in vtrūq̄ paratꝰ fecerat eni ille aim alias degenerē tūc fidētē. Inuenies quoq̄ apud Uirg. felix animi ⁊ infelix animi:sed certe de ijs ꝗ sibi felicitatē animi fecerint. Sūt itē in ens:vt appetens alieni. Impatiēs libidinis patiēs laboris:sitiens sanguinis:cupiēs honoris:ambiēs glīe. Et hec participia in noīa migrāt. Neq̄ vero ꝯtinuo existimabis:oīa participia pn̄tis tpis hmōi habere ꝯstructionē: pauca siq̄dē sunt q̄ ex doctorꝫ virorꝫ lectione ipse colliges. Sūt preterea que participiorꝫ preteriti tpis formā habent que hūc casum regūt:sed necesse est vt actiue significent aut passiua eorꝫ etiā accusatiuū regant:vt Joannes est doctus grāmaticē vel grāmatices. Sūt ergo in tus:vt peritus iuris:expertus rerū:ꝯsultus legū vel legibꝰ:doctus ludi:indoctus troci.i.pile:vt apud flaccū. Peritus aūt tametsi quidā interpretātur: vt sit pene intus a verbo absoleto perior nascitur:vnde ꝑ cōpositionē experior: abs quo fit experientia sicut ab illo:periculū pro eadē re. Terētius. Fac periculū in musicis:hoc est experimentū. Aliud autē est periculū quod a pereo verbo cōposito deflectitur: sunt tamen simillime significationis nā qui periculū.i.experimentū rerū ancipitiū facit:in periculo peūdi est:discrimen vero participiorꝫ facit secūda syllaba que a perior longa a pereo breuis est. Est igit̄ peritus rerū: qui sepe periculū earū fecit:vnde solet a grāmaticulis dici. Non tendit peritū qui vult audire peritū. Ceterū in tus non multa sunt:vt consideratus/discretus/circūspectus: que potius absolute pones. In sus pauciora sunt:vt ꝓfusus sui:vt inquit Salustius sunt ⁊ in osus: vt dicet̄ in xus nescio an plura sint q̄ ꝯplexꝰ:nexus:flexꝰ: āplexus:vt ꝯplexus amici In gus pauca quoq̄ sunt:vt largus opū de eo qui largit̄ opes:prodigus rerū suarū

Dicimus eni ⁊ prodigo. Indigus opis ⁊ auxilij quoq; dicimus: sed potius gratia indigentie ꝙ̃ per hūc locū: non eni indigeo actm̄ regit. In ius vt nescius Virgi. Nescia mens hoim fati fortisq; future. Idē mens cōscia recti. Idē prescia venturi: similiter nūcius vēturi: vt idē. Tam ficti prauiq; tenax ꝙ̃ nūcia veri. Itē dubius rerū obuius sūt quod a verbo absoluto nascit̄ ⁊ peruius inuius que passiue significāt datiuū regunt: vt apud virgilium in sexto. Regna inuia viuis. In uus hoc est in iuus plurima sunt: vt expulsiuus morbi: generatiuus sanguinis. In idus ꝙ̃ꝙ̃ multa sunt: pauca tamen ab actiuis nascunt̄ vt cupidus lucri: auidus ludi: timidus virge: humidus aūt ⁊ pallidus ⁊ frigidus. ⁊c. absolutoꝝ sunt. In rus: vt ignarus loci: ignarus cause vel vt quidā causam: securus amoꝝ. Auarus: horatius Graijs ingeniū graijs dedit ore rotundo. Musa loqui: preter laudē nullius auaris. Itē maturus cui: vt diximus. In or vt memor beneficij/immemor sui. Itē oia a supinis verboꝝ deducta: vt amator honesti. Doli fabricator/rerū inuentor/moꝝ censor. In ix: vt hostiū victrix. Vitioꝝ expultrix: quod rare formationis est. In cus: vt veteris nō parcus aceti/flaccus in sermonibus. Itē cocus pulmēti: ꝙ̃ꝙ̃ ⁊ coquus scribi pōt. In pos que a potior nascunt̄: eo ꝙ olim cū actō ꝯstruebat̄: vt compos voti/impos icepti. Quō dictū putāt inops animi. In ceps: vt particeps lucri/preceps rerū suarū. ⁊c. In ers: vt solers rerum/expers laboris: lꝫ alterius loci esse pn̄t. In ax: vt capax doli/rapax ouiū/rex familie. In ux quoq; vnū est: vt dux animi/dux rationis/dux exercit⁹/dux femina facti. In osus actiue sign̄tia hūc casum regūt: vt ambitiosus dignitatis/studiosus poetices/curiosus rerū occultarū: que vero passiue datiuū desiderāt. Addunt quidā in orius: vt vita meritoria celestis regni. In arius: vt falsarius litterarū apostolicarū: sed hec non reperies apud antiquiores. Sūt autē hui⁹ ordinis oia predicta deducta: vt ꝯcupiscētia rerū/patiētia laboris/cupido glorie/ambitio laudis/cupiditas pecunie/amor lucri. Et omnia illis similia: vt desiderium tui: sitis habendi: fames auri: cura peculij: causa mei: pars tui: aliquid mei. Et multa alia. Hec autē idcirco diligenti⁹ enumeraui: ꝙ cū eis genitiui illi passiue significantes: mei/tui/sui/nostri/et vestri: construant̄: vt amor tui quando tu amaris: amor tuus si tu amas. Quos quidē gtōs etiā partitionem importantia habere possunt: de quibus hec est regula.

¶ De regentibus gtm̄: vel eo loco quēuis aliū casum. Ti. xviij.

.i. dictio partitiua. gtō casui. dictionē partitiuam in eodem casu.

Quod partit: totum genito vult vel sibi iunctum

distributiua .i. aduerbium.

Signa gradus: numeri: neutrum: pronomen: ⁊ aduer.

¶ Ois dictio stans ꝓ parte alicui⁹ multitudinis: vel magnitudinis regit totū in gtō multitudinis quidē plurali vel collectiuo singulari: magnitudinis vero indifferēter: modo singulari modo plurali. Per hāc regulam regūt primo signa tā vniuersalia ꝙ̃ particularia: ⁊ tā affirmatiua ꝙ̃ negatiua. Uniuersalia affirmatiua vt sunt hec: quisq;/quicūq;/vnusquisq;/vterq;/ois: quod tn̄ durū est. Negatiua vniuersalia: vt nullus nemo/neuter. Particularia affirmatiua: vt siqs/ecqs/aliqs/quidā: qȯ vltimū de re certa dici debet: sicut aliqs de incerta: vt quodā tpe natus sum: aliquo moriar. Item alter quod ꝓ vno duoꝝ ponitur: aliqn̄ ꝑ secūdo: aliqn̄ etiā alter: vt docet vallen̄. Negatiua particularia nō habemus. Hec autē oia gtm̄ regūt: vt quilibet hoim oēs mortaliū qȯ rarū inuētu: nemo duoꝝ: vt turne quod optanti diuū promittere nemo auderet: sed ⁊ hoc quoq; rarū. Nā nemo est quasi nō homo. Exēpla alioꝝ notissima sūt vt que latinis poetis familiarissima ad grecoꝝ imitationē alias rerū ꝓ eo quod est alias res dicentiū. Neq; vere oportet hmōi signa noialia sint. Nā vt dicem⁹ aduerbia quoq; hāc naturā hn̄t: vt vbiq; locoꝝ/vbiq; terrarū. Nusquā gentiū/ꝗuis hoim. Si percūctet̄ te tyrūculus quare hec signa vocent̄ a logicis. Dices qr cū dr̄. Ois homo currit: signū est vniuersalis cursus gn̄is humani: ⁊ cū dr̄ aliqs homo currit: particularis nota est: quo circa lepide non dixeris: aliquis homo est animal. Tametsi falsum non est. ¶ Secundo regūt oia adiectiua ꝯparabilia. Positiua quidē qn̄ totū diuidunt: quod in capite orationis locari solet: vt lanarū nigre nō imbibūt colorē. Hominū ignaui famescēt. Cōparatiua autē qn̄ partitiue ponunt̄. Quō si recte ponant̄ tria sūt necessaria. Primū vt cū gtō ꝯstrui possint: vt manuū aptior est dextra. Deīn vt ponant̄ inter duo dūtaxat siue illa sint simpliciter duo: siue sub ratione duarū par

tium posita. Primi: vt aiacum fortior fuit thelamonius. Duo enim aiaces in gre
corum exercitu nobiles erant: alter thelamonis/alter oilei filius. Secundi: vt si to
ta ciuitas bipertita fuerit. Dicam maior pars meliorem vincit. Inepte autem di
cunt de optimo viro q melior aut peior aut maior sit. Quod vero Uerulanus et etiā
Mancinellus plurimis exemplis demonstrant cōparatiuis inter plura etiam locū
esse nihil contra Uallam huius rei auctorē facit. Nam eorū exempla de comparati
uis cū ablatiuis constructis sunt. Ualla autē de partitiue tentis loquitur. quomodo
in significando nihil a superlatiuis differūt: nisi q illa inter plura dūtaxat locū habe
ant. Postremū oportet vt ea inter que fiat comparatio partitiua sint eiusdem natu
re: hoc est vt totū nō collectiuū posset de substantiuo adiectiui partitiui vere dici: vt
in superlatiuis apertius videbimus. Cōparatiua autē: vt dicunt grammatici com
paratiue tenta omnino his legibus soluta sunt. Construuntur enim cum ablatiuo: et
inter duo vel plura tam diuerse q̄ eiusdē speciei: vt leo est generosior pardo: et sic de
alijs. Superlatiua vero omnia aptissime genitiuum multitudinis regunt: quē vnū
virtute superlationis requirunt: alios autē casus virtute positiui regunt. Conueni
unt ergo superlatiua cū comparatiuis partitiue tentis in hoc q ambo genitiuū re
gunt q et inter ea que eiusdem speciei sunt ponūtur. Quo circa vt dixi quotiens ge
nitiuus non collectiuus neq̄ transcendens cū adiectiuo vere cōstrui nō potest: falsa
nedum barbara est locutio: vt quia falsum est hector fuit optimus grecus. Falsum
quoq̄ est. hector fuit optim⁹ grecorū. Et quia falsum est. Penelope est castissima sua
soror. Nulla eni sua soror est. Non vere dixeris. Penelope est castissima suarū sororū.
Dico genitiuus non collectiuus: q cū dico Uirgilius est optimus plebis: nō volo q
sit optima plebs: sed optimus in plebe. Similiter in illo horatiano. Quid agis dul
cissime rerū: non valet resolutio: quid agis dulcissima res. ibi eni blande hic abiecte
loquaris his autem duobus modis: quibus totum de parte non predicatur: non re
quiritur conuenientia generis que in alijs esset necessaria. hoc tamen intelligendū
de substantiuo quod cum adiectiuo eiusdē numeri est. Nam si substantiuū heterocli
tum fuerit: et adiectiuū singulare respicit substantiuū singulare: vt celorū infimū est
lune. hoc pacto nonnulli dicunt vna dierū: sed et dies in plurali feminini generis re
peritur: vt in illo. Uenit post multos vna serena dies. Item quia genitiuus pluralis
potest cū adiectiuo conformari: et interdum mediante prepositione in alium casum
migrare. patet q nō est necessariū hec adiectiua semp gtīn regere. Nam dicere indif
ferenter possum. Iustissimus teucer. Iustissimus teucorū. Et vt Uirgilius iustissimus
vnus qui fuit in teucris. Uel iustissim⁹ inter teucros. hoc quoq̄ neminē latuisse pro
fit. Superlatiua constructa cū q̄ pro valde hunc genitiuū nō regere. Nam sicut non
dico. Joannes est valde bonus omniū: sic etiā nō dicā. Joannes est q̄ optimus oim
Item q superlatiua videntur pro vno dūtaxat verificari: inepte dixeris. Oēs optimi.
Duo adiectiua illam singularitatem pre se ferentia superlatiuorum constructionē
habent vn⁹ et solus: vt vnus omniū/solus omniū. et hec de gradibus. ¶ Tertio hūc
casum regunt numeralia. Precipue autem cardinalia: vt quinquaginta virorū dum
modo plures q̄ quinquaginta fuerint. Et ordinabilia: vt prim⁹ omniū/centesimus
illorū. Item aduerbia: licet raro sint in vsu: vt primū omniū hodie fidem tuā perspe
ctam habui. ¶ Quarto adiectiua in numero genere substantiuata regunt totū inte
grale quod pro substantiuo haberent in genitiuo: vt multum vini/parum honoris/
paululum laudis/modicū elegātie/aliquid lucri/quiddam boni. Illud negocij. hoc
mali. Illud sceleris. Regunt aūt pronoia hūc casum: etiā multitudinis: vt hic hoim/
iste virorū/illa mulierū. Item aduerbia: sed meo quidem iudicio ferme loco nominū
aut pronominū posita: vt satis lucri: sat honoris: nimiū gaudij/eo miseriarū: quomō
Salustius frequēter loquitur. Ponuntur enim aduerbia illa. Quo/qua/vnde: et vbi:
et responsiua illorū/eo illo/hoc. &c. loco relatiuorū: vt genus vnde latinū. i. a quo. Eo
m seriarū. i. ad eas miserias. Uolunt autē honestā esse locutionē cū genitiuo. Si tn̄
totū partitionē respuit: contemptum iudicant: vt quid istuc ornati. Quid hominis
aliquid monstri. &c. Interdum autē necesse est hoc modo loqui: vt pote quotiens to
tū plurali caret: et adiectiuū cōmuni genere: vt plus sanguinis q̄ tu habeo. ¶ Quin
to igitur aduerbia hunc casum regunt quasi per omnes modos. Per primū: vt vbiq̄
locorū. Per secundū: vt maxime omniū. Per tertiū: vt semel dierū. Per quartum: vt
eo calamitatis. i. ad eam calamitatem. sed hec satis.

¶ Regentia genitiuum vel datiuum.

Utq; relatiuum stans fixe vult genitiuum
Sic si mobiliter flectatur habeto datiuum
Nam socius similisq; et amicus dantur vtriq;.

¶ Quedā sunt adiectiua que si per modū substantiui significent cū gtō construūtur sin per modum adiectiui cum datiuo. Similiter ad aliquid significantia substātiua cum genitiuo: adiectiua cum datiuo plerumq; ponuntur: vt Socius Joannis et socius ioanni/amicus petri et amicus petro. Item similis tui ꝛ similis tibi. Sulpitius autē maioꝝ auctoritatē secutus discrimē ponit. Nam sum tibi similis in forma/similis tui in moribus inquit intelligitur. Seruius autē grammaticus dici ad illud vergilianū.ij.enei. Par leuibus vētis volucriq; simillima somno. datiuū pro gtō positum quasi in gtō vsitatior et honestior sit locutio. Ad aliquid dicta substantiue tenta sunt dñs seruus/cliens aduocatꝰ/patronus libertus/preceptor discipulus/Pater filius. Auus nepos: que omnia genitiuū volunt: vt pater filij: et pater petri. habent intercedente verbo substantiuo: vt dictum est etiam datiuum: vt Terentius. Natura tu illi pater: consilijs ego. subauditur enī illic es hic sum. Sic etiem Scipio erat dux exercitui.ꝛc. Quando vero ad aliquid dicta adiectiua sunt datiuum amant: vt equalis/inequalis/par/impar. et vt dixi similis et dissimilis. Sunt tamen que cum prepositione in accusatiuo referuntur. vt paruum ad magnum.

¶ Adiectiua regentia genitiuum vel accusatiuum. Ti.xx.

Pauca q̄ vsurpant naturam participantis
Juncta leges quarto: potius iungenda secundo.
Prescius et gnarus quibus aptius additur osus.

uum possessiuū aut actiuū eiusdē casus. Dicā ergo liber ꝟgilij vel ꝟgilianus. Liber meus non mei. Multos vestrū .i. ex vobis. nō multos vestri: neqꝫ multos vestroꝝ nisi intelligas necessarioꝝ aut seruoꝝ: ⁊ a vobis possessoꝝ. Nā id plerūqꝫ obseruamus vt dū i masculino pl'i dicimꝰ: meos/tuos/suos/nr̄os: ⁊ vr̄os: intelligamꝰ amicos necessarios: famulos ⁊ semꝑ hoies. Qn̄ vero in neutro plurali dicimꝰ mea/tua/sua/nr̄a/ et vr̄a: intelligimus possessa a me/te/se/nobis: et vobis. Sed vt sciat quare vtamur possessiuis ꝓnominibus notet tertia regula. ¶ Quia autē mis/tis/sis: in vsu nō sunt quoties agētē aut possidentē sig̃re volumꝰ vtimur possessiuis. Un̄ amor meꝰ est quo amo. Desideriū meū quo desidero/cura mea qua curo/causa mea quā habeo/liber meꝰ quē possideo. Aliquid meū quod teneo. Et hoc summopere notandū est: qꝛ licet vtrūqꝫ latine dicat: desideriū tuū ⁊ desideriū tui: aliq̃d tuū et aliq̃d tui: a ꝑmitiuo tu: tamē est magna differētia in significatione. Nā in priori locutione aliq̃d desideras ⁊ possides. In posteriori desideraris ⁊ partiri significaris. Similiqꝫ differētia in alijs seruāda est. ¶ Quarta regula que sequit hec est. Quoties dictioni rē possessam aut patientē sig̃nti damꝰ plures dictiones: alterā adiectiualē ⁊ alterā substantiualē possent poni in diuersis casibus etiā mediāte cōiunctione: vt iste liber est meꝰ ⁊ Joannis. Itē tuū solius caput detestabile est: mea solius diligētia hoc efficit: tuā ipsiꝰ animā gladiꝰ trāsibit. Sustulit puerū de latere meo dormiētis. Et hinc est ꝙ his ꝟbis Interest ⁊ refert ⁊ etiā est damꝰ hec possessiua mea/tua/sua/nr̄a/⁊ vr̄a: qꝛ includitur substantiuū feminini gn̄is: videlicet re cū quo (vt argutiꝰ docet Valla ꝙ̄ Sipontinꝰ a quo reprehendit) poni nō pn̄t gti: mei/tui/sui/nostri/et vr̄i: qui passiue tm̄ sig̃nt: sicut iā satis dictū est. Verūtamē qꝛ (vt oppinor) illud substantiuū res nō exprimitur in verbo est et in in alijs. Nam refert est quasi res fert: ⁊ interest in re est: vt quidam interpretantur. Ideo frequētius inuenies meum est ꝙ̄ mea est. nostrū ꝙ̄ nostra. ⁊c̄.

¶ Secundū adnotandū est predictis verbis vt plurimū aduerbia sociari: exceptis quibusdā possessiuis genitiuis: tanti/quanti/magni/et parui: vt plurimū refert/multum interest/magni refert/parui interest. ¶ Tertiū est hec verba variā habere cōstructionē. Nā est aliqn̄ sig̃t habere cū datiuo: vt est mihi pecunia. Aliqn̄ possessionē notat cū gtō: vt liber est petri. Aliqn̄ sig̃t pertinere ad statū vel officiū. Unde Juuenalis. Nimirū summi ducis est occidere galbam. Et sic hic capitur. Aliqn̄ sig̃t licere: seu estimari cū gtō tanti/quanti/pluris/⁊ minoris: vt tanti quisqꝫ est quanti seipsum facit. Aliqn̄ differentē esse etiā cū genitiuis predictis: vt quanti est sapere. Aliqn̄ absolute ponitur ꝓ cōtingit: vel subaudiēdo hoc ꝯplexū dare locū: vel hoc verbū reperire: vel aliquid sile: vt apud Donatū. Est qn̄ tertia coniugatio. ⁊c̄. Et forte alijs modis accipitur. Similiter interest varias constructiones habet: qꝛ dū sig̃t presentem esse personaliter capitur ⁊ datiuū regit: vt interfui concionibus tuis. Qn̄ vero significat differentē est regit actm̄ mediante prepositione inter: vel ablatiuum mediante prepositione a vl' ab. Vel interdum dtm̄ sine prepositione regit: vt multū interest inter te ⁊ me. Multum intersum ab illo. Stulto intelligēs quid interest. Qn̄ sig̃t distantiam esse supposito contentum esse potest: vt tria millia intersunt hinc ad casam marij. Et decem pedes intersunt ab ostio ad altare. Demum quando significat in re et in vtilitate esse vult ante se nominatiuū agentē vel infinitiuum ⁊ post se genitiuū patientem: vt nummi intersunt pauperum. Addimus interdum alium genitiuum: vt hec res vtriusqꝫ nostrum magni interest. Notum est quomodo interesse in foro iudiciali accipitur pro damno quod coactus liti interesse contraxit. ¶ Refert quoqꝫ dum a prepositione inseperabili componitur varie accipitur: sed nihil ad presentem locum. Quando vero componitur cum nomine in re et habet primam longam significatqꝫ aut differentē esse aut vtilem et ad statum pertinentem: tunc aut predictam habet constructionem aut nominatiuū ante se dumtaxat regit. Ut quid refert ignoscat mutuis annon. Parum refert quantus fueris dummodo bonus sis. Aut infinitiuum cū eius interdum constructione: vt neqꝫ enim numero comprehendere refert. Et vt dictum est magni refert/plurimum refert. ⁊c̄.

¶ Regentia genitiuum rursus. Ti. xli.

Ergo regunt patrium tacite includentia fixum.
Ut satago: iungi dominor solet et misereri

¶ Annotatio regentium genitiuum vel datiuum Ti. xlij.

Est quid habere notans: misereri parcere signans
Et magis acceptum dominari vult sibi ternum.

¶ Pauca igitur substantiuū includētia gtm̄ regūt vt q̄ iam diximus. Itē satago vt hic rerū suarū satagit: quasi satis agit. In mentē venit Apud virgiliū legitur letor cū genitiuo. Nec veterū memini letor ve maloꝝ et apud Horatiū regno sicut apud nostros dominor. Sed in frequentiore latinoꝝ vsu dominor datiuo iūgitur: et misereor genitiuo: nisi forte sicut ab ecclesia accipiatur ꝓ parco vel misericordiā facio cū datiuo: vt miserere nobis. Est vt prius dictū est tunc potissimū dtm̄ regere videt qn̄ notat habere hoc est qn̄ recte mutare potes datiuū in ntm̄: et verbū est in verbū habeo ⁊ suppositū sibi est in actm̄ verbi habeo quomodo fere in principio orationis ponitur vt Est mihi nāqꝫ domi pater est iniusta nouerca. Est mihi disparibus septē cōpacta cicutis fistula. Sūt mihi bis septē prestāti corpore nymphe. Sūt nobis mitia poma. Sunt nobis fortia bello pectora ⁊ cōsilia apud Uirgi. aliosqꝫ inuenies.

¶ Regentia genitiuum vel actm̄. Ti. xliij.

Quarto vel patrio memini reminiscor adapto
Obliuiscor ⁊ admoneo recolo atqꝫ recordor.

¶ Uerba ad recordationē et ad obliuionē pertinentia regunt gtm̄ vel actm̄: vt memini huius rei ⁊ hanc rem: etiā de hac re ⁊ tūc significat mentionē facio. Admoneo te huius rei: hoc est quasi memorē facio. Itē admoneo te hāc rē ⁊ de hac re. Recolo huius temporis apud diuū gregoriū legitur. Obliuiscor te vel tui. Recordor seu reminiscor te vel tui: ⁊ si qua sunt alia. Dictū autem est hoc complexum in mentē venit genitiuo iūgi vt in mentē venit mihi negocij tui ꝓ eo quod est negociū tuū mihi in mentem venit. Memor ⁊ immemor tantūmodo genitiuum regunt.

¶ Regentia genitiuum ⁊ accusatiuum. Ti. xliiij.

Penitet ⁊ tedet miseretqꝫ pudetqꝫ pigetqꝫ
Personam quarto: rem cuius dant genitiuo.

Nota quinque impersonalia actiue voc.

¶ Hec quinqꝫ que dicuntur impsonalia actiue vocis penitet/tedet/miseret/pudet ⁊ piget regūt accusatiuū cū genitiuo. Uirg. Ne te peniteat pecoris diuine poeta. Job. Tedet animā meā vite mee. Possunt aūt loco gtōrū verba infinitiui modi ponere. Uirg. Nec te peniteat calamo triuisse labellū. Tedet me viuere. De his autē inquit Ualla ꝙ ante se magis impersonale q̄ꝫ personale verbū efflagitāt vt melius dixero cepit illū penitere facti q̄ꝫ ille cepit penitere. Terentius personale facit pudet dicēs Nonne hec te pudent. A miseret fit miserescit quod eosdem casus regit vt te inopis miserescat mei. Legitur etiā miseresco a misereor vt his lachrymis vitam damus ⁊ miserescimus. Est preterea verbū deponentale actiue vocis quod accusatiuū tantum regit vt misereor aris. vt primo enei. O sola infandos troia miserata labores.

¶ Regentia genitiuum vel abltm̄ et actm̄. Ti. xlv.

Accusans dampans crimen penam ve secundo
Aut sexto iunges: soli sexto altero vtroqꝫ
Ambobus neutro: damnato subijce quarto
Sic sextum aut genitū quartūqꝫ dat a pleo natum.

¶ Uerba accusandi ⁊ contēnandi crimen ⁊ penā in genitiuo vel in abltō regūt ⁊ pacientē in accusatiuo: vt accuso te furti vel furto: dāno te summe decē libraꝝ. Liuius li. lxij. Sed nequaqꝫ tantū relictū est quante summe dānatus fuerat. Sic etiā postulo te criminis. Ago tecū iniuriarū: sed subaudiri videtur actione sicuti cum dicitur. Teneris ne furti an sacrilegij subintelligi volunt vitio aut crimine aut quid simile. Quocirca hec adiectiua tanqꝫ tacitū substātiuū ablatiui respicientia. Alter neuter vterqꝫ ⁊ ambo in ablatiuo poni volūt: vt si queratur. Teneris me furti an sacrilegij. Respondebitur. Neutro non neutrius aut neutri. Altero non alterius. Utroqꝫ non vtriusqꝫ. Ambobus nō amboꝝ vel de altero. de neutro. de vtroqꝫ vel de ambobus. Et

querẽs similiter dicet. Accusatus ne es furti an sacrilegij an vtroq̃ vel de vtroq̃ et non vtriusq̃. Causam iam dixisse videmur: licet Ualla non aliam q̃ auctoritatem esse putet huius etiam ordinis sunt cõposita a pleo: vt repleo vas vini vel vino ⁊c̃.

Regentia accm̃ et ablm̃ et quosdã gtõs. Ti. xlvi.

Uerba volũt sexto preciũ dare: sed sine fixo
Plus minus et tantum quantum cum prole secundo.

Uerba ad emptionẽ venditionẽ vel aliã q̃uis estimationẽ seu locationẽ pertinẽtia regũt p̃ciũ vel valorem rei in ablatiuo oim̃ dictionũ exceptis his quattuor pl⁹ minus tantũ et quãtũ cũ eor̃ cõpositis: que dũ sine substãtio sũt in gtõ poni volunt cũ substãtio aut sicut alia oĩa i abltõ vt emi equũ sex aureis. Cũ vero dico emi equũ sex aureor̃: regit̃ a noĩe equũ nõ a verbo emi. Et ideo signãter dixi. Uerba nõ noĩa: Uerba tñ hos gtõs tãti quãti pluris et minoris regũt cũ eor̃ cõpositis vt tãtidem q̃ticũq̃. Iuuenalis quãticũq̃ domus constat Addidi tñ dum sine substãtio sunt: q2 cũ substãtio in abltõ poni volunt p̃ter tãtidem qd̃ abltm̃ nõ habet neq̃ dtm̃ et ideo substãtiuũ nõ admittet Exemplũ vtriusq̃ pulchre distinguit̃ a comico. Quid agas nisi vt te redimas captũ q̃ queas minimo: et si nequeas paulo at quãti queas. Cũ substãtio aũt dicit Liuius. Hic miles magis placuit cũ p̃cio minore redimẽdi captiuos. Cũ ergo dicit̃. Ego tanti vendo quãti aliȷ̃. nõ interpretaberis: ego vẽdo tanti precũ sed tãto p̃cio ⁊c̃. Meminerimus aũt huius ordinis esse oĩa verba p̃ciũ locationis: operationis vẽditionis et estimationis connotantia. vt tanti doceo quanti tu pluris ego q̃ Cicero id est maiori mercede ⁊c̃.

Regentia accm̃ et plurimos gtõs. Ti. xlvij.

Sed facio. curo. pendo. estimo. consulo. duco
Et liceo interdum fortasse existimo plures
Admittunt patrios: magni: parui boni. et equi
Flocci: infiniti: nihili: nauci: minimiq̃.
maximi/plurimi/⁊ similibus.
Et magni multi gradibus iunctis superandi.

Sunt tamen verba que plures patrios. i. gtõs q̃ supradictos quattuor admittunt: vt parui facio: parui curo. Terentius. Tu quid de me fiat parui curas: nihili estimo: vilipendo. boni et equi consulo. pluris facio.

Regẽtia gtm̃ et abltm̃. Ti. xlviij.

Indigeo atq̃ egeo sexto dabis aut genitiuo
Et potior genito rerum: dat cetera sexto.

Indulgeo et egeo regũt gtm̃ ⁊ abltm̃: vt egeo tui vel tua. Indigeo auxiliȷ̃ vel auxilio. Potior aũt qd̃ freq̃ter abltm̃ tantum regit: construitur cum nõie res in gtõ: vt potior rerum: sed volunt subaudiri imperio. Nam vt dicemus potior ablatiuum regit: quod olim etiã actm̃ regebat.

Regentia datiuum regula generalis. Ti. xlix.

Accusatiuum verbum regit omne datiuum
A sum: fio. satum: tamen ⁊ sexto datur absum
Et faueo auxilior: cum prole iuuo dabo quartum
Blandior occurro: cum con coniuncta inimicor
Pario ⁊ incumbo tamen ad studium quoq̃ dico
Sed non ad remos parco: medeor famulorq̃
Presideo/noceo/paria ⁊ contraria subdo.

Omne verbū acquisitiue positū regit datiuū.

¶ Omne verbū positū acquisitiue hoc est sic vt ꝑ ipsum quiuis cōmoditatē aut damnū aut quiduis simile acquirere denotet regit acquirentē in datiuo: vt prosum tibi/ noceo nemini. Qz vero ꝑ omne verbū pōt alicui nasci ꝯmodū aut damnū: ideo solet dici datiuū a quocūqz verbo posse regi. Etiam a duos actōs regēte: vt docebo tibi filium tuū grāmaticā. Verū tñ operepreciū duxi ea colligere que dtō contēta sunt: deinque etiā aliū casū volūt. ¶ Primo igit̄ sum ⁊ oīa eius ꝯposita: preter absū quod virtute prepositionis frequētius ablt̄m non tñ semꝑ regit hmōi dicūtur: vt est tibi virtus: prodest tibi nobilitas. Sic obsum/desum/adsum/intersum/subsum/insum/presum cōstrues. ¶ Secundo fio ⁊ eius ꝯposita: vt tibi iniuria fit/illi benefit/mihi satisfit/illi nil defit. Virg. Lac mihi nō estate nouū nō frigore defit. ¶ Tertio oīa cōnotātia fauorē: vt faueo/suffragor/aspiro/arrideo/annuo/subscribo/cōsentio/in sniam eo Addo similia semꝑ ⁊ cōtraria: vt inuideo quod etiā act̄m regit: vt inuideo tibi honorē refragor/dissentio/renuo/renūcio/repugno/reluctor/resto/resisto/ obsto/obnitor/renitor/obnuo. ⁊c̄. ¶ Quarto signtia opē ferre seu auxiliari: vt opem fero/auxilior/opitulor/patrocinor/subuenio/succurro/adsum/prosum/morigeror/obsequor. Iuuo tñ cū compositis act̄m regit: vt adiuua me: sic ⁊ leuo. ege te hoc fasce leuabo. ¶ Quinto signtia blādiri: vt blādior/adulor/assentior/grator: ⁊ similia. ¶ Sexto signtia occurrere seu obuiare: vt obuio/occurro: ⁊ eius frequētatiuū occurso. Virg. Occursare capro cornu ferit ille caueto. Itē obuenio/interuenio/offero/obijcior: ⁊ similia: quorum actiua etiā act̄m regunt. ¶ Septimo oīa neutra ⁊ passiua cōposita cū hec particula con: vt congruo/cōuenio: ꝓ eo quod est vtilis sum/congredior/concurro/cōspiro/coniuro/contingo: quod etiā actiuo ꝯuenit: vt cōcino/cōsono/consocior/coniungor. Que omnia etiā ablt̄m regunt mediante prepositione cū: vt concurro tibi vel tecum/conuenio tibi vel tecū. Actiua autē etiā istoꝝ act̄m regūt: vt comparo Vergilium homero: vt patebit. ¶ Octauo significantia morem gerere: seu obedire: vt pareo/obedio/obtempero/acqescor/ausculto/audiens sū: obsequor: ⁊ ꝯtraria: vt resisto/rebello. ⁊c̄. ¶ Nono significantia alicui rei intendere seu operā dare: vt insulto/insudo/innitor/inhio/inhereo/studeo/indulgeo. Incumbo quod dum ad animū refertur etiam mediante prepositione ad vel in accusatiuo iungitur: aliter non vt dicit Valla. Nam nō dicam incumbo ad remos vel in remos: sed sicut Virg. Validis incūbite remis. Contra: vt Cicero. Pergite adolescētes: et in hec studia in quibus estis incūbite. Et alibi Quare incumbamus o noster tite ad illa preclara studia: et eo vnde discedere non oportuit aliquādo reuertamur. Neqz hoc in bonū tantum accipitur: sed etiā in malum. Unde idē Marco. Catoni incūbenti ad eiꝰ perniciē: sed illud incumbite remis: non est per translationē dictum: vt hoc. Nam vt remiges incumbunt remis vt cum nos operi faciundo incumbimus toto pectore significatur diligentia et conatus: ita cum accurratius quid mente agimus incūbere dicimur: quemadmodum supini dicuntur qui negligēter agunt. hec Valla. ¶ Decimo: parco/ignosco/veniā do/condono/remitto: ⁊ similia. ¶ Undecimo: medeo/medico autē ⁊ medicor actiua sunt ⁊ accusatiuum regunt. ¶ Duodecimo significantia famulari: vt famulor/ancillor/amminiculor/seruio/inseruio/deseruio/obsequor/morē gero/morigero. ⁊c̄. ¶ Decimotertio: possideo/presum/perficior/perferor/preponor: ⁊ similia: quorum actiua etiā accusatiuū regunt: vt antepono/prepono: ⁊ contraria postono. ¶ Decimoquarto: noceo/abluctor/insidior/inimicor/aduersor. Item reconcilior/obumbro: ⁊ multa similia: et cōtraria. Insuꝑ multa que quodammodo impersonalia sunt: vt placet/libet/vocat: que suo loco dicentur.

¶ Regentia duos datiuos. Ti. l.

Nec tantum cui fit terno damus immo etiam ad quid
Sic/do/sum/fio/pateo: ternos geminabo.
Efficior/nascor/venio et pauca sociabo.

¶ Multa verba pret̄ dt̄m acq̄rentē regūt etiā modū acq̄rendi: ⁊ qñqz ꝑtē circa quā fit acq̄si io in dtō: vt fio tibi voluptati. Sū multis vtilitati do tibi hāc rē vitio. Res ista tibi vitio dat̄. domꝰ mea patet tibi hospitio. Nuptie nō sūt tibi cordi. Venio tibi auxilio. Natus sum mundo ludibrio/effectus sum multis ornamento: et similia.

¶ Regentia datiuum et ablatiuum. Ti. li.

Qui volet actiuis acquirendi dare vires

Accusatiuo poterit sociare datiuum
Do/reddo/iubeo veto/nuntio/vendico/mitto:
Comparo: et oppono: promitto/subiugo/porto:
Dedico et inuideo/persuadeo/debeo/credo
Diuido/coniungo/d[illegible]uincio/commodo/gigno
Impetro et imploro paria et contraria iungo.

¶ Multa v̄ba actiua vltra actm̃ patientē qui in suppositū verbi passiui mutatur regunt dtm̃ acquirentē: Per quā viam solent radiuscule discernere inter actm̃ et dtm̃. Qn̄ eni dictio a verbo actiuo recta patiēdi formā habet: ⁊ in suppositū verbi passiui recte mutat̄ erit acti casus. Si vero formā acquirēdi nec sic mutatur: tunc erit datiui casus qui manet: licet verbum actiuū in passiuum mutetur: vt do tibi panē/panis datur tibi: ⁊ sic de aliis. Regunt autē per hanc regulā. Primo verba significantia dare: vt dono/impartior: que etiā ablatiuum cum actō regunt: ⁊ quidam venustius: vt dono te ciuitate/impartior te salute. Itē do/impēdo/partior/diuido/distribuo/prebeo/lego legas/exhibeo/cōcedo/mutuo/cōmodo/feneror/stipulor/aduco: et similia. ¶ Secundo signt̄ia reddere: vt reddo/restituo/resigno/retribuo//rependo/repono/refero: de cuius significatione proximo loco dicā. ¶ Tertio significantia iubere: vt iubeo quod dtō contentū esse potest: precipio/mando/impero/iungo/cōmitto/edico: et similia. ¶ Quarto ꝯtraria hoꝝ que signt̄ vetare: veto/ꝓhibeo/nego/denego. Interdico autē pro actō ablatiuū habet: vt interdico tibi aqua et igni: raro aquā et ignē. Itē interdictū est tibi aqua ⁊ igni: nō aquā ⁊ ignē: raro interdicta est tibi aq̄ ⁊ ignis. ¶ Quinto signt̄ia nūciare aut indicare: vt nuncio/annuncio/indico/insinuo/manifesto/reuelo/patefacio/aperio/monstro/ostendo/declaro/significo/dico/predico/exprimo/narro/enarro/recenseo/recito/repeto/refero/fari ⁊ loqui: q̄uis recti⁹ dixeris: loquor ad te/scribor ad te: q̄ loquor tibi et scribor tibi. ¶ Sexto significantia vendicare: vt vēdico/vsurpo/occupo/addico/acquiro/ascribo/adipiscor: que non idē sed simile notant. ¶ Septimo signt̄ia mittere: vt mitto/lego: et do: vt dedi puero meo ad te litteras: puero inq̄ vt perferat ad te vt legas. ¶ Octauo signt̄ia comparare: vt cōparo/cōpono/cōfero/assimilo/adequo: et similia: quoꝝ plurima precipue que ex con componunt̄ ablatiuū loco datiui regere ꝑht. Uirgilius. Sic paruis ꝯponere magna solebam. Comparari autē nequit minor cū maiori: vt Statius nō est cum Uergilio comparandus. Homo non est cum deo comparandus. Inepte autem econuerso dixeris: deus non est cum homine comparandus. Et Uergili⁹ non est Statio conferēdus. ¶ Nono significātia opponere: vt oppono/obiicio/oppugno offeror. ¶ Decimo significantia promittere: vt spondeo/despondeo/promitto rogatus/polliceor vltro recipio rem singularem pollicitans: pollicitor. ⁊c̄. ¶ Undecimo significantia subiugare: vt subiugo/subiicio/supprimo/summitto/supero/domo/vinco/expugno/deuinco/debello. ¶ Duodecimo significantia portare: vt fero/gero/porto: cū compositis. ¶ Decimotertio signt̄ia dedicare aut quid sile: vt dedico/voueo/deuoueo/dedo/destino/consecro/abdico/adiudico: et similis. ¶ Decimoquarto significantia inuidere. vt inuideo tibi honorē. Uergilius. Liber pāpineas inuidit collibus vuas. Sic ꝑsuadeo/debeo/credo/cōmitto/diuido/impero vel imperor/coniugo/ꝯsocio/appello/applico/adiungo/associo/conglutino/cōpono/vnio/deuinco/obligo/impignero/cōmodo/fenero/mutuo/gigno/pario/edo/educo/produco/effero/genero/acquiro/cōquiro/ꝯsequor/impetro/imploro: ⁊ multa silia preter actm̃ datiuum regunt.

¶ Regentia gtm̃ vel actm̃ pro diuersa ratione significandi.

Audio et ausculto/commendo/supplico et insto
Illudo/insulto/metuo/timeo/studeoq̄
Incesso/accedo/cedo/lateo/caueoq̄
Consulo/contingo/conduco/conuenioq̄:

Inuideo/refero/benedico cum maledico.
Prestolor/auxilior/iuuo quondam/pertineoqꝫ
Attineo/impono/dono/cum fratribus ista
Terno vel quarto dabo iudice significatu:

¶Quedã verba ꝓ diuersis fere modis signãdis:nũc cũ dtõ/nũc cũ actõ construantur vt audio vel ausculto tibi.i.obedio et pareo tibi dicenti.Sed frequẽtius eoꝝ participia.Audiẽs et auscultans:cũ dtõ inuenies.Unde lex.xij.tabularũ apud Quinti.filium minꝰ dico audientẽ liceat abdicare.Cicero in philippicis.Et audiẽs esset huic ordini.Et pro deiotaro.Aut q̃ dico audientes in tãta re nõ fuissent.Cũ verbo hmõi dtm̃ non repperit Ualla nisi apud poetas:vt apud Plautũ in captiui duo.Cum dico haud audiat facto nõ ledat licet Ualla.Audio te ⁊ ausculto te nota sunt.Cõmendo te regi.i.ꝯmitto ⁊ ꝯmendatũ facio/ꝯmẽdo te apud regẽ.i.laudo te.Supplico tibi.i.humilẽ me exhibeo:et q̃si sub te plicatũ q̃ aliq̃d abs te impetrẽ.Supplico te i.flecto et rogo.Insto operi.i.instãter insisto.Insto opus raro dr ꝓ eo qđ est aggredior et facio.Illudo et insulto tibi.i.insultationẽ ⁊ illusionẽ facio.Insulto te et illudo te:qđ rarius dr.illudendo ⁊ insultando derideo.Metuo tibi ⁊ Timeo tibi.i.pro te ne quid tibi noceat.Metuo te ⁊ timeo te:vt inimicũ ne mihi noceas.Itẽ metuo abs te tanq̃ ab eo vnde timeo mihi malũ prouẽturũ.De his Teren.heu metui a chriside.Eius vite timeo.Timeo patrẽ ⁊c̃.Studeo huic rei i.diligenter incũbo.Et quod apud doctos vix inuenies.Studeo hanc rem.i.addisco.Incessit mihi cupiditas.i.inheret vel suborta est.Incessit me pugnis.i.petit aggressus est.Accedo huic rei.i.addor ad hãc rem.Accedo hanc rẽ.i.aggredior.cedo tibi.i.cõcedo/locũ do.cuiꝰ preteritũ est cessi.Cedo te.i.ꝑcutio:vel scindo vel occido.⁊ hꝫ in preterito cecidi.Lateo tibi.i.occultus sum:vt tu mihi causa lates.Lateo te.i.scientiã tuã fugio:vt nec latuere doli fratrẽ iunonis et ire.frequẽtius autẽ cũ actõ inuenies.Caueo mihi.i.prospicio ⁊ nociuũ mihi fugio.Caueo te.id est fugio.Cauet hunc quẽ coccina lena.⁊c̃.Consulo tibi.i.consiliũ do vel potius prouideo:⁊ per consiliũ salutem affero.Nam ad res inanimatas(teste Ualla) sepe transfertur:vt consule honori tuo/consule fame/consule rebus.Consulo te.id est percunctor ⁊ consiliũ peto.inde consultus:vir boni consilii a quo consilium petitur.Contingo tibi.id est cum difficultate euenio.⁊ ponitur sepe impersonaliter.Contingo te.id est simul tango.Conduco tibi.i.vtilis sum:⁊ quasi iter monstro.Conduco te.i.simul duco.Conduco etiam a locante.Conuenio tibi.i.vtilis ⁊ conueniens sum.Conuenio te.i.aggredior colloquendi agẽdiq̃ gratia.Conuenio tecũ.i.non discrepo.Conuenit hoc inter nos.i.in hoc controuersiam non habemus.Refero tibi.i.reddo vel reporto:vel recito tibi aliquid.Refero ad te.i.consultationem tuam pono Cicero.Refer inquis ad senatũ.Item refero priamũ.i.represento personam priami Benedico quod verbũ cõpositũ Ualla putat in orationibus nõ haberi:ꝯstruit in sanctis litteris.Nunc cũ dtõ:vt benedicamꝰ dño.Nũc cũ actõ:vt benedicamꝰ patrẽ ⁊ filiũ.Benedico igitur tibi est bonũ seu benedico.Benedico te.i.beatum predico vel efficio.Contrariã sigtionẽ:sed cõsimilẽ cõstructionẽ habet maledico.Prestolor tibi.i.presto sum:vel ad tuã vtilitatẽ morã traho.Cice.Qui tibi ad forũ aureliũ prestolarẽtur.Prestolor te.i.expecto:vt in eunucho Terẽ.quẽ hic prestolare pmeno.Auxilior tibi.i.auxiliũ opemq̃ fero:auxilior te:quod raro dr adiuuo.Impono tibi.decipio vel deceptionẽ facio.Aut reuera imputo tibi cuius non es culpabilis:⁊ ita fraudẽ facio.Impono te.i.infero in aliquẽ locũ.Addenda sunt consimilia:vt que sequuntur.

¶Regentia datiuum in virtute propria vel accusatiuum aut ablatiuum virtute prepositionis. Ti.liiij.

Dantur composite terno quoq̃ prepositure
Que sua postposite deposcunt iura tenere
sup.illud.quo illud.i ad quod. .i.eum cum quo. .i.aliqs dr pugnare.
Nam quo quid fertur:vel quicum pugna tenetur
Greco more Maro coniungit sepe datiuo:

scȝ qui cum pugna tenetur. scȝ quo quid fertur.

Nunc dabit hunc sexto: quarto illud prepositura
Quin et passiuum sextum regit atqȝ datiuum.

¶Ordo est preposituree.i. prepōnes cōposite.s.cū verbis dantur quoqȝ.i.etiā hoc est preter ,ppriū casum: terno.i.dtō.que post posite.s.verbo p appositionē deposcūt tenere sua iura: vt ꝯgredior tibi et tecū. Nā Maro in Uirg. coniūgit sepe dtō more greco. id quo.i.ad quod: q̄d.i.aliquid fertur. vel sup. eū quicū.i.cum quo pugna tenetur sed sup. prepositura dabit tūc sexto hūc.i.quicū pugna tenet̄: et quarto illud quo q̄d fert̄. Quin.ꝛc̄. Snia est. ¶Multa v̄ba directionē ad aliquid importantia regunt id quo aliquid dirigitur seu tendit in dtō: vel mediāte prepōne in aut ad in actō. Unde apud Uirg. sepe dtm̄ localē quē quidā octauū casū vocāt inuenim⁹ cuiusmodi sunt hec. Uiridi cōpellere hybisco.i.ab hybiscū. It clamor celo.i.in celum. Obuertūt pelago proras.i.in pelagus. vel pelagus versus. Inferretqȝ deos latio.i.latiū. Sic ꝛ multa composita ex his prepositionibus ad ꝛ in: vt infero tibi.i.in te. In his autē seruanda est cōsuetudo: nā quedā solū actm̄ habere cōperiunt̄: vt accedo ,p aggredior: ꝛ aggredior similiter alloqui ꝛ effari ꝛ adoriri adire: et pauca alia cogūtur regere actm̄. Multa t̄n possunt etiā nō repetita prepōne: qualia sunt appello/applico/adiūgo/adduco/apporto/aduenio/appropinquor/allabor/adijcio/aduehо/associo. Itē infero/insulto/irrideo/imputo/impello/induco/inijcio/intendo/impendo. Sunt ꝛ alia que non componunt̄ ex hmōi prepositionibus: sed eis appositis actm̄ regūt aut sine eis dtm̄: vt respondeo tibi et ad te/intercedo tibi et ad te/do tibi et ad te. Sed differentiā dedim⁹. Loquor ꝛ scribo tibi: frequētius ad te. Hec res ptinet aut attinet ad te. vix ausim dicere attinet tibi. Natus sum virtuti ꝛ ad virtutem. Refero tibi et ad te. Reduco tibi et ad te. Itē q̄r prepositiones actm̄ regunt que ,pprios casus regere p̄nt ideo multa verba virtute prepositionis actm̄ regunt que ,ppria virtute absolute ponerentur: vt permeo/percurro/transeo/exeo: q̄n cōponitur cū extra: sed cū ex abltm̄ vult: vt in bucco. Quāuis multa meis exiret victima septis. Hinc verba actiua sepe duos actōs regere possunt: alterum virtute propria/alterum virtute prepositionis. vt traduco exercitum pontem. quam rem distinguet resolutio: vt duco exercitum trans pontem. Et hec de regentibus datiuū vel accusatiuum.

¶Que datiuū vel ablatiuū regunt. Ti.liiij.

Similiter Uerg. Uerba ad certamen pertinentia construit cum datiuo que nos mediante prepositione cū: frequentius ponimus in ablatiuo. Ut placito ne etiam pugnabis amori. id est cum amore. Montibus in nostris solus tibi certat amintas. id est cum. Impar congressus achili. id est cum achile. Multa enim composita ex prepositione com/sic construuntur: vt comparo tibi ꝛ tecū/confero tibi et tecum. et etiam confero in te. Sic componono/contendo/coniungo/cōuenio/cōfido: et alia fere oīa. Itē quedā cōposita cū hac prepositiōe in citra motū cū dtō aut cū abltō cōstruunt̄: vt inest parieti ꝛ in pariete. Infixus pectori et in pectore. Quinetiā nō repetita prepōne cū abltō cōstructa leges. Ut quarto enei. Herent infixi pectore vultus. Preterea passionē aut recessum connotantia sic construunt̄: vt primo enei. Neqȝ cernitur vlli.i.ab vllo. Et apud Hora. in carminibus. Scriberis vario. Sic despectus tibi sum.i.a te. visus tibi sum.i.a te. Non multa autē passiua sic ꝯstruunt̄. Sic nec multa sunt que recessum important: vt recedo/discedo tibi et a te disto/differo.ꝛc̄.

¶Regentia accusatiuum. Ti.lv.

Quartum actiua volunt passiuis suppositalem:
Preter quem patiens solidum ius seruat agentis.
Interdico tamen pro quarto vult quoqȝ sextum.
Inuideor: iubeorqȝ solent supponere ternum

¶Omne verbū actiue signs regit accusatiuū patientē: hoc est qui in nominatiuum verbo passiuo suppositalem mutari potest: vt ego amo deū/deus amatur a me. Solet aūt hmōi actūs a grāmaticis dici proprius actiuoꝝ: eo ꝙ preter eū passiua oēm casū suoꝝ actiuoꝝ regūt. gtm̄: vt implent̄ veteris bacchi. dtm̄: vt parta mec veneri

sunt munera. Actm̄: hãꝝ vnã induitur. Ablatiuũ: vt suffectꝰ sanguine et igni. Est &
vnũ verbũ actiuum quod loco actiui ablatiuũ regit: interdico tibi aqua et igni. raro
aquã et ignẽ. Hoc tñ ꝟbũ: vt Valla docet mutat illũ actm̄ in ntm̄: suppositũ ꝟbo pas-
siuo: vt ignis et aqua interdicit tibi. Quãq̃ etiã aliter resolui potest: vt tu interdice-
ris aqua et igni. et interdictũ est tibi aqua ⁊ igni. Inuideor aũt et iubeor dtm̄ suoꝝ
actiuoꝝ in ntm̄ vertunt. Dicimꝰ enim inuideo tibi: ⁊ tu inuideris a me. Diomedes
autẽ etiam inuideo te: putat dici quod Sulpitio non placet. Qñ vero dr̄ inuideo tibi
gloriã tantã. Non credidero male resolutũ. Tanta gloria inuidet tibi. Priscianꝰ au-
tem asserit figurate dici inuideor. Vñ affectate dixit Horatius quasi exẽpli grã. Ego
cur acq̃rere pauca si possũ inuideor. Dicimꝰ preterea iubeo tibi et tu iuberis. Maxi-
me in preterito: vt haud secus ac iussi faciũt. Seruius autẽ dixit iubeor vsurpatum
esse. Et Diomedes a multoꝝ passiuis abstinẽdũ ⁊ ad eoꝝ impersonalia recurrendũ
vt a me inuidetur tibi: iubetur/maledicit/obijcitur. Et qr de passiuis loquimur. Sci-
emus qñ verba duos actõs regunt diligenter aduertendũ esse vtrũ in ntm̄ resolue-
mus. Interdum enim vtrũq̃ simul. Interdũ vtrũlibet hoc est modo hunc modo il-
lum. Interdum alterũ dũtaxat. Vtrũq̃ tunc resoluemꝰ in ntm̄: quando actus verbi
transit in appositum et non in ipsam personam: vt diximus de regimine nominati-
ui: verbi gratia. Vocatis me dominum. Vocor a vobis dominus. Efficio te doctũ. tu
efficeris doctus. Vtrumlibet horum accusatiuorum mutamus in nominatiuum/al-
terum vel relinquendo: vel in ablatiuum cum a vel ab transferendo sic. Ego rogaui
te veniã. Tu rogatus a me es veniã: vel venia abs te rogata est mihi. licet inq̃t Val-
la per hoc fm. Tu magis videaris rogasse pro me q̃̃ ego pro te. Similiter vt docet
Verulanus dicimus. Celo te librum: et liber celatur tibi a me: vel per me celaris tu
librum. Alterum autem dũtaxat: vt pote in quẽ transit directe actus verbi sic resol-
uimus. Doceo te musicã/tu doceris a me musicam/et tu doctus es a me musicã. Nõ
autem musica docta est: vt docet Valla. Et alij vetant ne dicamus vestis induta vel
exuta est tibi: sed indutus vel exutus es vestẽ vel veste. Cum tamen Ouidius dicat.
Anguibus exuitur tenui cum pelle vetustas: sed de his hactenus. Vt autem ad insti-
tutum redeam. per hanc formam regunt omnia verba actiui generis etiã si in ter-
tijs dũtaxat personis passiuum habeant. vt aro terram/terra aratur. Item omnia
communia omnia deponentalia actiue significantia: vt lupus furatur ouem: quod
resolui deberet. Ouis furatur a lupo. Sic sequor/miror/patior: et similia construun-
tur. Sunt autem verba precipue ad sensum pertinẽtia que agẽtem: vt dicit Priscia-
nus in accusatiuo regunt: eo q̃ sensus a sensibili patiatur: sed eandem habent resolu-
tionem: vt video te/tu videris a me. ⁊c̃.

¶ Regentia duos accusatiuos. Ti. lvi.

Postulo/posco/peto/doceo/rogo/flagito/celo:
Exuo cum vestit: monet/induo/calceo/cingit.
Cum natis binos possunt connectere quartos
Verum a quo petimus simul et quo quid rediuimsu
Jungimus et sexto: quod connotat vtile terno.

¶ Verba que ⁊ in ꝑsonã ⁊ in rẽ agere vidẽtur duos actõs regũt: sed loco prioris sibi
mantur per modũ eius cui cõmoditas aut damnũ oritur: etiam datiuũ regũt: et lo-
co posterioris: et interdũ loco prioris etiã ablatiuũ: sed in quibusdã intercedẽte pre-
positione. Exemplum: vt induo te vestẽ regalem/vel induo tibi vestem regalem: vel
induo te veste regali. Verũ tñ contenta in hoc versu. Postulo/posco/peto/doceo/ro-
go/flagito/celo: et moneo: preter dtm̄ oĩbus verbis cõem raro cũ datiuo ꝯstruuntur
vt nullo modo dicam. Doceo tibi grammaticen: dũmodo tu docearis: bene tamen
liceat dicere. Doceo tibi filium grammaticen. Dicemus ergo. Postulo te vel abs te
pecuniam. Itẽ postulo te criminis. i. postulãdo accuso posco te vel abs te debitum.
Peto te vel abs te veniã. Flagito te vel abs te rẽ promissam. Flagitamus eni cũ ve-
hemẽtia. Poscimus rẽ debitã et honestam. Postulamus in ius vocando rẽ iustam.
Petimus precibus pulsando. ¶ Eandẽ ꝯstructionẽ habẽt ꝯposita istoꝝ: vt expostu-
lo/⁊ deposco/dedoceo/interrogo: derogo autẽ dtm̄ regit: vt derogat honori tuo: sic

gito ꝛ efflagito sepe infinitiuis cōtenta sunt. Instruo aūt ꝛ erudio ꝓ scdo actō regūt abltm̄ cū ꝑpositione in. vt instruo te in re militari: in recta erudio i bonis lrīs. Simi-lr oro ꝛ exoro magis actm̄ cū abltō ꝙ̄ duos abltōs: regūt: vt oro te veniā: vł oro abs te vt exorauī abs te veniā. Celo at delictū meū/ lectum est aūt celo te de sceleribus meis. Item doceo te de musica: sed rarius. Frequētius aūt admoneo te de hac re: ꝛ huius rei quod significat quasi memoriam facio. Item ipsa dies exuet mendas de corpore. Et multa similia legimus. De ablatiuis vero datur hec regula.

¶ Regentia actm̄ ꝛ abltm̄ Ti. lvij.

Nam quecunqꝫ notant ornare vel exuere optant.
Ornatus sexto: res ornatas dare quarto.
Quin semper sexto circa quem consociabo
Orno. colo. como. spargo sterno. cumuloqꝫ
Nutrio. poto. cibo. lacto. saturo: satioqꝫ.
Pasco. alo ꝛ educo reficit tollo accipioqꝫ.
Munio. magnifico. beo. dono. munero. dito
Priuo. leuo. spolio. nudo: exuo. vacuoqꝫ
Impleoqꝫ accuso vel damno. vendo. locoqꝫ.
Prosequor afficio. sic dignor consocioqꝫ.
Et quo quid facio sexto sine cum sociabo
Mensuram excessus atqꝫ excessum superaddo.

¶ Omne verbū significās ornare vel spoliare regit rem ornatā vel spoliatā in actō et ipsos ornatus siue ornamenta q̄bus ornatur vel spoliatur in abltō. Nam semper id circa quod versatur hmōi actus verbi: et instrumentū quo aliqd fit aut est ponit in abltō sine ꝑpositione cū. Et sicut in regimine noim dictū est. Uerba significātia excellētiā vt excello: vinco/ supero/ malo/ prefero. ꝛc. regūt rem excessam in actō ꝛ mensurā excessus tam certā ꝙ̄ incertā: ꝛ interdū id in quo fit excessus in abltō. Et ita patent multa verba que regūt actm̄ cū abltō. Primo pertinentia ad ornatū vel spoliationē: vt orno te virtutibus colo te modico ornamento. Fine coli modico forma virilis amat. como te pulchris capillis spargo atriū floribus. sterno lectū tapetis. cumulo te honoribus. augeo diuitijs. Spolio vestibus. Nudo indumētis. Priuo dignitate. Orbo parentibus aut liberis. Secūdo pertinentia ad educationē: aut defensionē: aut locupletationē. Horatius. Celo musa beat. Item impleo/ accuso/ damno/ vendo/ loco/ ꝛ similia de quibus alibi. Item hec verba prosequor afficio cōficio que quodāmodo cōem habēt significationē que per abltōs significatur. vt prosequor te honore. i. honoro: vituperio. i. vitupero. Similiter afficio. Conficior egritudine: siti media tristitia: mestitia dolore senio. ꝛc. Item dignor verbū cōe. Nā dicimus. Ego dignor te multo honore. i. dignū facio vel censeo vt primo enei. Non equidē tali me dignor honore. Itē passiue tu es dignatus. i. dignus habitus vt in. iij. enei. Coniugio anchisa veneris dignate supbo. Et hec oīa videtur quodāmodo significare id circa quod versatur actus verbi. Tertio oīa significātia quodcūqꝫ modo agere aut pati: regunt instrumentū in abltō sine prepositione. vt nō dices ego percussi te manibus: sed manibus te percussi: oculis vidi verbis ceci. Et dicitur hmōi abltūs a grāmaticis septimus casus. qꝛ nō videtur regi ex natura verbi. Neqꝫ virtute prepositionis q̄ nullo modo interponi potest. Nā prepositio cū quotiēs additur cōnotat comitē aut cōcomitantiā ꝛ nō instrumentū. Bene ergo dr. Ego acceptus sum cū rege percussus cū. xx aliis. Inspexit me vir cū dira truculentia: sed nō cū oculis qꝛ oculi erant instrumentū inspiciendi: ꝛ truculentia quedā cōcomitātia q̄ prepositione admittit: vt acceptus sum cū honore. Explosus cū vituperio deiectus cū rubore. Et exaltatus cū gloria ꝛ sic in osimilibus. Quarto id in quo fit excessus et mensura excessus in hoc casu

ponuntur. Exemplũ primi vt excello te diuitijs vel in diuitijs supero te longitudine triũ digitorum. Exemplũ scdi. vt excello te tribus digitis multa prestat. &c.

¶ Annotatio prima regentiũ actm̃ vel ablt̃m preter dicta q̃ scʒ duos actõs aut accusatiuũ cũ abltõ regunt. Ti. lviij.

Cuncta autem quartũ vel sextum temporis optant
Quartum q̃ꝑ longum: sextum qui denotat in quo
Ac intra quod agam: tribus horis omnia dicam.

¶ Quattuor modis verba etiã absoluta act.ñ vel abltm̃ regunt primo. Omñe verbũ regit actm̃ vel abltm̃ temporis: vt studui tribus horis vel tres horas. Per actm̃ aũt scdm Seruiũ honestior est locutio q̃ꝑq̃ id valla ridet. Sunt preterea nõ aspernandi q̃uis idẽ Valla refragetur: differentiã ponentes dicẽtesq̃ tunc abltm̃ debere poni: qñ significatur tp̃s in quo: aut intra qd̃ aliq̃d factũ aut fieri posse asserit: vt qñ venisti hodie his diebus nõ hos dies. Qñ hec acta sunt: anno ducẽtesimo. Olympiade centesima die quarto. calendis martijs. &c. Item intra q̃ꝑtũ tp̃s plegisti vergiliũ. Intra sex menses vbi non dices infra. Sed si maius Ego sex mensibus Uirgiliũ plegi. Non aũt sex menses. In actõ aũt tũc loquendũ est qñ queritur q̃ꝑdudũ aut vt vulgo querũt q̃ꝑdiu. vt q̃ꝑdiu studuisti: tres annos. Et licet Valla nasum ducat dices cõtinuatũ tp̃s significari per actm̃. vt primo enei. Una cũ gente tot annos Bella gero. Et in sexto Noctes atq̃ dies patet atri ianua ditis. Et Cicero in primo officiorum Annum audientẽ cratippũ dicit quasi cõtinuatũ dicat. vnde proprie dices. Ego crastino die tecũ ero: etiã si ad modicũ tempus. Sed crastinũ diẽ tecũ ero si dictis totũ crastinũ significans. Neq̃ obest q̃ꝑ interdũ dictio totũ additur: vt. i. enei. Hic iam tercentũ totos regnabitur annos. q̃ nota est regula grãmaticorum. Equiualens geminis harũ siũgitur vni. Dictio ꝓ reliqua tñmodo debet haberi. Tũc autẽ a bonis authoribus additur hm̃õi dictio. vbi emphaticos magnitudinẽ temporis denotare volunt. Ceterũ vt vno verbo quod sentio dicã oĩbus modis potest tp̃is mẽsura seu ipsum tempus in abltõ poni: sed tũc venuste in actõ qñ ꝯtinuatũ est tẽpus & respõdet ad q̃ꝑdiu. Que vero datiui casus videntur potius aduerbia sunt vt luci vesper tempori. &c.

¶ Annotatio secunda et tertia. Ti. lix.

Addunt que partis vel que vi proprietatis
Vel quorum vsurpant naturam more gubernant.

¶ Secũdo per grecã figurã de qua in regimine adiectiuorum satis dictũ est: vt frigeo manus vel manibus. doleo caput vel capite. fractus membra vel mẽbris: sed in accusatiuo poetis cõceditur in ablatiuo etiã historiographis. Neutro tñ modo oratoribus: qui dicerent: frigẽt mihi manus: dolet mihi caput: fractũ est crus: fracta sunt membra vel more poetico. fregi crus sicut fregi nauem ꝓ eo quod est. Nauis mihi fracta est vel passus sum naufragiũ. Possumus etiã mutare verba in nomina vt sunt frigidus manibus. &c. egro capite. &c. Tertio quedã vsurpatiue in aliã significationẽ assumpta accusatiuũ vel ablatiuũ eorum quorum naturã assumunt quandoq̃ regunt vt ardeo amorẽ vel amore. Formosum pastor corydon ardebat alexin. Iuue. dicit de rumbo. De pastũq̃ diu viuaria cesaris. Depascor eñi accusatiuũ regit eo q̃ꝑ in passiua voce ꝯgruit vescentibus. vt capre pascuntur & depascuntur frondes hoc est dum pabulantur vescuntur frondibus pastor autẽ pascit oues frondibus. Huius ordinis sunt fere que ad sensus pertinẽt. Nam aut aduerbiũ neutri generis aut accusatiuũ secũ construi volunt: vt sapit antiquitatẽ sapit demorsos vngues. Nec vox hominẽ sonat. sonat vitium toruũ clamat. redolet vetustatẽ: et vrbanitatem viuit bacchanalia & sic de consimilibus. Que vero ex his licenter & mere vsurpatiue dicta sunt vitabis Rarum enim est Ardebat alexim. Sed vsitatius deperibat puellẽ. Ordo versiculorum nostrorum est. Addunt grammatici ea que gubernãt vi. i. virtute partis vel proprietatis que gubernant more eorum quorum vsurpant naturam.

¶ Annotatio quarta. Ti. lx.

Addunt preterea quibus addi a preposita ra:
Siue hanc appones seu verbis consociabis

Nota.

Appones/patiens/capiens/discens/remouensq;
Soluens & gradiens: sed quando aduerbia desunt
Expressiua loci ponemus nomina: namq;
Simplex & proprium quod pagum signat & vrbem
In patrio (per vbi si questio fiat & illud
Nec forme terne sit nec plurale) locemus
Nam terni terno dabitur: pluraleq; sexto
Cui dantur per qua: perq; vnde simul rogitata
At per quo quarto: reliquis sint prepositure
Appellatiuis que certa notant propriorum
Jus dabo militie belli/ruri/domi/humiq;
Nec minus est iuris coniunctis prepositaris
Quã fuit appositis: nisi q̄ quadrant quoq; ternis
Que componuntur cum trans quarto tribuuntur
Accedoq; simul quandoq;: aggressus ad ortus
Alloquor astatus necnon adeo sociatis
E vel ab exq; fatis sextum quandoq; locabis
Teste abeo ac absum: iunctum extra vult sibi quartũ
Inq; fere terno quadrabit raroq; sexto.

¶ Quarto oĩa fere verba regũt actĩm vel abltĩm virtute p̄positionis apposite vel cõposite. De cõpositis aũt ex p̄põne satis dictũ est prius. Per appositionẽ vero regunt abltĩm. Primo vt dicel' oĩa vba passiua: vt amor a te. Scd̃o significãtia susceptionẽ: vt suscepi accepi recepi sumpsi a te. Itẽ didici accepi intellexi: audiui abs te. Similr̃ ter significantia remoueri: vt remoueor a te: discedo ab eo/prolongor/disto/differo/distrahor/abalienor. Itẽ significantia soluere vt soluo te curis. Libero a malo. soluo vinculis. redimo a seruitute. Itẽ oĩa ptinentia ad gressum ꝓfectionẽ seu incessum si significant motũ ad locũ regũt actĩm mediante prepositiõe in/ad aut sub. Si p locũ mediante per aut trans. Que vero quietem in loco vel motũ citra trãsmigrationẽ mutationẽ loci aut tp̄is regũt abltĩm mediante prepositione in vel sub. & olim sup et subter vel subtus. Et q̄ motũ de loco eundẽ casum mediante prepositiõe de. Et hoc precipue in appellatiuis nõ appropriatis. Propria autẽ noĩa vrbiũ & oppidoꝝ vt ꝑ aduerbiis localibus dicta cognoscas demũt p̄positionẽ nõ quidẽ de necessitate: sed pro veteri peritoꝝ cõsuetudine obseruanda. Ponunt̃ aũt hmõi propria in genitiuo actõ vel abltõ. In gtõ ponunt̃ propria noĩa loci minoris simplicis figure singularis numeri prime vel scd̃e declinationis cõstructa cũ verbo vel participio importante quietẽ vel motũ in loco sine loci mutatione. Et hoc accipiendo locũ generaliter pro certo spacio nõ vt phisici capiunt ꝑ supficie corporis continentis vt valentia potest accipi pro loco & qui in tota vrbe deambulauerit nõ intelligitur mutasse locũ donec eam deserat. Recte ergo dicas ambulo valentie: dico ꝓpria noĩa: q2 appellatiua prepositionẽ desiderant vt ambulo inter menia vagor in vrbe valentina. Solent tamẽ poete etiã appellatiuis prepositionẽ auferre vt. i. enei. Littore ahena locant. Addo loci minoris hoc est vrbis oppidi/castelli/aut pagi. q2 ꝓuinciis & regionibus seu terris addet̃ prepositio vt sum in gallia. Similiter & ꝓpriis ɔposite figure vt sum in sancto germano. Preterea subdo prime vel scd̃e singularis. q2 si fuerint pluralis numeri

ri aut tertie declinationis nō in gtō sed in abltō ponerētur: vt studui athenis: venetijs: veijs/gabijs: parrisijs. Itē auinioni babyloni ⁊c. in actō ponunt̄ ꝓpria noīa loci minoris simplicis figure cōstructa cū verbo vel participio iportante motū ad locū: vt ꝓficiscor lugdunū. Dico similiter hic ꝓpa noīa loci ⁊c. qꝛ oībus alijs ꝑponēda est ꝑpositio nō tñ refert cuius declinationis aut numeri fuerit dūmō sint ꝓpa noīa loci minoris ⁊c. Poete aūt sua licentia subtrahūt ꝑpositionē etiā regionibus et appellatiuis qbusdā: vt Italiā fato ꝓfugus lauinia venit Littora. ¶ In abltō ponūt̄ omīa ꝓpria noīa loci minoris simplicis figure cōstructa cum verbo vel ꝑticipio importāte motū de loco vel per locū vel etiā quietē vel motū in loco dūmodo sint tertie declinationis aut pluralis numeri vt venio roma: bononia: nō tñ inepte dixeris per bononiam. Necꝫ vero contra artē oīno fecerit qui predictis ꝓprijs prepositionē dederit immo si abltō prepositionis cōfusionē pariat non est auferenda.

¶ De aduerbijs autē sunt versiculi nostri.

Post quo dentur in o vel in uc aduerbia et in quā
Infra vel supra fortasse foras simul vltra

¶ Ad interrogationē factā per quo rñdebis primo per aduerbia localia ad locum finita vel in o vt alio: aliquo/nequo: siquo/eo/vltro: citro/quoquo: quopiā ⁊c. intro: vtro/vtrocꝫ neutro/vel in vc vt huc/illuc istuc q̄ veteres in oc ꝓtulerunt vel in cꝫ: vt vscꝫ/nuscꝫ/vel in a: vt infra: supra: extra: vltra/citra: pro aduerbijs posita sed raro sn casuali ponet̄ nā pro extra dicā foras pro intra itro. pro vltra vltro. Secūdo p ꝓpa noīa vrbiū aut per appropriata sine prepositione vt romā athenas lugdunū verusos militiā rus domū ⁊ domos. Tertio per noīa aliorū locoꝝ vl' aliaꝝ rerū existentiū in loco mediāte ꝑpōe ad in vel sub: vt ad flādriā: in edes meas: sub tectū altum.

Post qua dentur in a vel in ac et cōpositiua.
Nequa: alia: recta quauis hac itur et illac.

¶ Post qua respondebis primo aduerbia localia per locū finita vel in a: vt ea: qua: alia: eadem aliqua: nequa/siqua et hic cōposita quauis qualibet quacūcꝫ vtra neutra vtracꝫ vtralibet ⁊c. vel in ac vt hac illac istac. Secundo ꝓpa vrbiū in abltō sine prepositione nisi verbū actm̄ flagitet: vt profectus sum auinione trāsiens bononiā. Tertio per alia loca aut res in loco mediante ꝑpositione per vt per italiā: per medios hostes. Nec pecces si per auinionem dixeris.

Post vbi dentur in i vel in ic. intus foris vscꝫ
Cum natis vel in a que gignit prepositura

Post vbi respondebis primo aduerbia in loco vt sunt finita in i. vt vbi alicubi sicubi nuncubi ibi et cōposita vbicꝫ ibidem. Item in ic vt hic illic istic. Item intus foris peregre et in cꝫ vt vscꝫ nuscꝫ. Item vspiam vtrobicꝫ et similia et in a a prepositionibꝰ orta: vt infra supra intra extra citra vltra ⁊c. Secūdo propria noīa loci minoris simplicis figure in gtō posita si sint prime aut secūde decliuationis et singularis numeri: vt sum rome. fui brundusij: aut in ablatiuo si sint pluralis numeri aut tertie declinationis: vt sum veijs: studui parrisijs et athenis. Item carthagine aut potius (vt statim dicam) carthagini. Tertio alia locorū aut aliarum rerum noīa cū prepositione in ablatiuo vt sum sub celo. sum in domo aut in accusatiuo: sum apud edes meas iaceo super terram ⁊c.

Unde vel vnde petit vel in inc finita vel in ne.
Uel tus: et inde: foris forsan nuscꝫ simul vscꝫ

¶ Post vnde respondebis aduerbia in vnde. vt sicunde necūde vndeunde vndenis vndelꝫ aut in inc: vt hinc illinc istinc: aut in ne vt superne inferne aut in tus vt intus humanitus diuinitus radicitus. aut in inde vt inde aut foris et forsan vscꝫ nuscꝫ Itē vtrimcꝫ vndicꝫ vndecūcꝫ: et quo nonnulli vtuntur altrinsecus. Deinde propria vrbiū in abltō sine prepositione. aut aliarū rerū mediante prepositione de vt descēdit de celo venit carthagine. Hic aūt aduertendū est noīa aduerbialiter posita si ponātur pro aduerbijs de loco in equidem poni in tertia declinatione: vel secundū Serg

nisi quoties in aduerbijs in loco ponūť exeūt in i: vn̄ ad illud iiij. enei. Tyria carthagine q̄ nūc expectat ⁊c̄. sic dicit Carthagine pro carthagini. pro aduerbio in loco. de loco posuit sic Horatius Rome tibur amem vētosus tibure romā. Idē Seruius in illud in eodem paulopost. Aulide iurani Aulide inquit. i. in aulide vel aulidi ⁊c̄. Quibus manifeste pretēdit aduerbia in loco sumpta a noibus tertie declinatiōis exire in i. vt carthagini auinioni tiburi ⁊c̄. Quinetiam aduerbia tēporis a noibus tertie sumpta in i exeūt vt luci tēpori vesperi: sed et noctu et interdiu legitur.

Quorsum ex quo natum versumq₃ dat inde creata

¶ Post quorsū qđ est cōpositū ex quo et versum respondeť aduerbia sic cōposita vt sursum deorsum dextrorsum sinistrorsum horsum illorsum aliquorsum nequorsum: aliorsum vtrorsum: aut vtroq₃ versum retrorsum ⁊c̄. aut propria minorū locorū nomina cum versus postposita vt romā versus aut appellatiua cū alia si volumus prepositione vt ad celum versus ⁊c̄. Similis est ratio de quousq₃ hucusq₃ illucusq₃ ⁊c̄. Et de quatenus vt eatenus hactenus. Ad oīa interrogatiua similia respondebim⁹ si latini haberi volumus: nisi forsan responsiua desint: vt quotennis est. dicā quiquagenarius aut quinquagita annorū nō quiquagintēnis aut quinquagēnis: et ita in simili. Nō opus est admonitio idoneos authores frequētius vsos verbis de loco q̄₃ ad locum. hoc est abeūdi vt quo abis: quo fugis quo discedis quo te subdicis. Quo senūc, pripit ille: Neq₃ opere p̄ciū esset admonere iuuētutē: vt apte huiusmodi interrogationibus. Quo qua vbi et vnde vtatur nisi q̄₃plurimi in ea re fallāť dicētes vbi vadis, p eo qđ est quo abis. Itē nō possum⁹ hic trāsire cū dicēdū sit hac. ⁊ i ꝯsimilib⁹

¶ Epilogus regētiū accm̄ cū abltō. Ti. lxi.

¶ Patet ergo q̄ verba actiā p̄ter accm̄ patientem decē modis abltm̄ regūt. Primo precij. vt mullū sex milibus emit. Secūdo criminis aut pene. vt dāno te decē libris. accuso te crimine pessimo. Tertio de quo fit impletio vel euacuatio vt impleo loculos pecunia ⁊c̄. Quarto ornamenti et cuiuslibet rei circa quā versatur actus verbi. Induo te honore vel vestibus. Quīto instrumēti vt vidi oculis. Sexto tēporis. Septimo excessus vel mensure. Octauo virtute prepositionis cōposite: vt educo exercitū castris. Nono gratia prepositionis apposite vt audiui preceptore meo. Decimo abltm̄ loci aduerbialiter positi vt clarui athenis. Audiui Cristo. parisijs ⁊c̄. Similiter absoluta verba quattuor aut quīq₃ modis accm̄ vł abltm̄ regūt. Primo tēporis. Secūdo partis vel indumenti. Tertio transsumpta. Quarto virtute prepositionis cōposite vt egredior vrbem et vrbe virgi. in. ij. eneid. Est vrbe egressus. hora. in sermone. Egressum magna me cepit aritia roma. Item exeo ciuitatē et ciuitate. Uirg. in buc. Quāuis multa meis exiret victima septis. Et paulopost. Neq₃ enim seruitio exire licebat. De accusatiuis nichil dubitatur. Quīto virtute prepositionis apposite vt descendit de celo ad inferna. Sexto accm̄ vel abltm̄ loci aduerbialiter positi. Itē omnes fere cause in abltō ponuntur.

¶ De ablatiuis causalibus Ti. lxij.

Uerba solent causas sexto sociare quaternas
Prepositura suum passiuis iungit agentem
Instrumentalem sine cum dabis efficientem
Ac naturalem: sic dico pudore rubentem
Ex qua materie bene quadrant prepositure
In qua et circa quā nullo sub preside ponam
Uescor cum potior caruo fungor fruor vtor
Et vaco dum vacuum signat sexto lego iunctum
Quo fit quicq₃ modo poteris describere sexto
Finis iuncture debetur prepositure

¶ Omnia verba passiua regunt agentē in abltō mediante prepositione a vel ab vel
abs qui casus est passiuus ꝓprius sicut accūs patientem significās actiuis. Nā ceteri
casus cōmunes sunt. hi in se inuicē mutantur. Itē oia verba regūt instrumentū in
abltō sine prepositione. vt prius patuit. et ita causā efficientē instrumentalē. Simi-
liter causam naturalem. vt pudore rubes. timore palles. anxietate trepidas. leticia
exultas. Addūt quidā prepositionem pre in abltō vel propter aut in accō. Et hec de
triplici causa efficiente. Causa materialis ex qua aliquid fit etiā prepositionē nō re-
fugit vt edifico domū ex lignis. Poete ꝑpositionē nō addūt. vt sectaqꝫ intexunt ab-
iete costas. et alibi idem virg. Uiminibus molliqꝫ paras detexere iunco. Itē causa
Uante p corripit: vt lupus. Excipe cupa/iuppiter/stupa/scrupus/scrupulus/scrupeus/suppara: et hn̄tia n/vt nuper. r/vt rupes. p/vt pupillus/pupa/pupula: pupilla vero ancipitem habet. pupugi corripit. U ante p.

U super r longum ceu curio: deme curulis
Atqꝫ cures curius duris furor adde furorqꝫ
Cum furia muria muridus murioqꝫ nurusqꝫ

Et spurius dubitans curetes dic furiusqꝫ

U ante r. ¶ U ante r producitur: vt curia. Tolle curulis/curetes cretenses in quo produxit Ouidius in.iiij.meta. Celme ioui largoqꝫ satos curetas ab hymbri. Curius proprium durias flumē. furius quod Catullus produxit: vt o furi. ꝛc. furor/furo/furia: muridus/muria/nurus/spurius.

U super s longum frusino adde susurro pusillus

U ante s. ¶ U ante s producitur: vt pusio. Deme frusino/pusillus/susurrus: et susurro.

U t dabit longum: cutis atqꝫ frutex breuiando

Pro cenoqꝫ lutum breuians color est mihi lutum

Et quandoqꝫ muto nomen: putris adde putoqꝫ

Et puta non nomen vel vti non verbum: vtinamqꝫ

vterqꝫ/vtraqꝫ/vtrū/vtrūqꝫ. vt mutilo mutilus.

Ac vter vt fratres simul et polisyllaba ni sint

vt glutino a gluten. vtile ab vter. tutela a tutor.

Longis orta anceps buteum: sit buteo longum

.i. passer struchion pesserculus grece per on scribuntur.

Struthos cum nato putreo anceps rutiliusqꝫ

Futils et futile vas: et mutuus a mutuo aduerbia mutuor. ꝛc.

Futio cum natis seu mutuo mutio necnon

vt luteus et luteolus a luto.

Glutio cum dictis et puteo consociabis.

U ante t. ¶ U ante t producit: vt vtor. Excipe cutis/frutex. Mutuo nomē ꝓduxit hora. Corripiūt alij mutoniatus/puto/putris/vti: aduerbiū. vtinā/vter/vtra/vtrū: et polisyllaba. vt puteus/vtrus: preter buteo/futio futilis/glutio/gluten/glutinum/glutino luteum corripuit Tibul. Lutheola et lutheus Maro producit mutuus/mutuo/mutio verbum et mutior/nutrio/puteo/tutela/vtilis.

U super u solum trahitur cum coniuge curtum

¶ U ante u semper producitur si nulla precesserit consonans: vt vua. Aliter vero corripitur: vt pluuia/fluuius.

¶ De media syllaba.

Ostendunt mediam que diximus vt positura

Diphthongus subiens vocalis compositura

Crementum species: exemplum et regula danda.

¶ Media syllaba etiā cognoscit positione diphthongo: vocali ante vocalē/ꝯpositione/cremēto/deriuatione/exemplo et regula .s. speciali danda: quia cetera dicta sunt ante primas: vnde hic non duximus repetenda que Sulpitius ponit: addam tñ vnū que vocalem ante vocalem producunt etiam in obliquis et deductis licet alia vocalis sequatur nisi eus diuidat in eos aut ea: vt sicut clio primam producit ita ꝛ clius: et sicut eous secundam sic et eoa et sicut troia primam ita et trouis: sed orpheos et orphea mediam corripiunt: vnde sunt versiculi.

Si vocalis erit producta alia subeunte

vide glosema promissum.

Sit longa obliquis diuisis atqꝫ creatis

Quamqꝫ alia insequitur: tamen eus eos ac ea gignit

De medijs syllabis.

Media syllaba appellatur que posita est inter duas syllabas extremas dictioni quotuis syllabarum. Ea septem modis cognoscitur. Positione/Diphthongo/ Uocali ante vocalem/Accentu producto vel correpto/Diminutione/exemplo et regula. Positione: vt columna. Diphthongo: vt sabaeus/ceraunia. Ut autē diphthongata cognoscas lege Guarini opusculum de dipthongis ad Florum. Uocali ante vocalem: vt gloria. Nec ignorando vocalem ante aliam in latinis dictionibus semper breuiari: vt maria/lucia: quāq̄ Sedulius quandoq̄ producit maria. Excipimus genitiuos nominū ꝛ pronominū in ius desinentes: vt illius/vni⁹: in quibus indifferenter ponitur: preter alius: in quo semper producitur: et alterius in quo semper corripit. Et preterea in genitiuis et datiuis quinte declinationis que habēt e inter duo i qm̄ producunt penultimam: vt diei/meridiei/speciei: producuntur et in huiōi Terrai/aulai/frugiferai. In grecis qñq̄ corripitur: vt Ilion/Tragedia/comedia. Qñq̄ producitur: vt eous/spondeus/licius/ptolomeus/philosophia. Qñq̄ est anceps: vt chorea/platea. Deriuatiua a femineis grecis e longo terminatis habēt e productū: vt crete creteus/hyble hybleus/dione dioneus. Sed de grecis cōes etiā primis syllabis regule rursū subijciant. ¶A ante a e ꝛ i corripit: vt Nausicaa phaeton qđ diphthongon non habere docet Quintilian⁹. Sic ꝛ pasiphae Caicos excipe aer laertes lais michael. Ualeri⁹ flacc⁹ hic ꝛ odoratum spirāti crine michaelnias. thais. taygesais. ¶A ante o ꝛ u pducit: vt laocoon/Menelaus. Tolle aglaopho/chaos/danaus phaartes. ¶E añ a pducit: vt eneas. Deme actōs: vt thesea/typhoea: etiā qñ est adiectiuū ꝛ quādo ex ei diphthongo .i. dorico more subtrahitur: vt Priscian⁹ admonuit. Uergilius. Nate patris summi qui tela tiphoea temnis. Item artocreas/theatrū/boreas/cyneas: et quedā hui⁹ forme. Adde baleares/bractea/romphea apud flaccū Chlearc⁹/carneades/cleātes/lea/lecna/meleager/neera/nemeeus/tegee⁹: Ast platea chorea et malea cōem habent. Uergi. Ionioq̄ mari maleeq̄ sequacibus vndis. Lucan⁹. Et ratib⁹ longe flexum donare malee. ¶E ante e corripit: vt eetion Semoue eea nesee. ¶E ante i producit: vt threissa nereis. Martialis. Preter morē aliorum corripuit: vt lusit nereidum docilis chorus equore toto. ¶E ante o corripitur: vt eous qñ fit ab eos quod significat orientem. Nam qnando ad eos quod aurorem producitur. Excipitur Eolus/meon/meotis/lagcos. ¶E ante u producitur: vt alpheus. Excipe creusa. ¶I ante a corripit: vt zodiachus et elegia in quo qñq̄ pducitur. Ouidius. Inter quas vultu petulans elegia vocatur. Nisi dixerimus proceleumaticum illic esse pro dactylo. Qñq̄ tñ ei diphthongus in eo verbo per dieresim resoluitur: vt apud eundē. Blanda pharetratos elegia cantet amores. Nisi sit elegeia productis prioribus; pduc tamē cyanee priamides licet priamus corripiatur. Dia insula iasius lagia philosophia et multa similis forme: vt astronomia ex quibus quedam apud nos semper corripiuntur. Quedā cōes sunt: vt sophia. Uergi. in Ciri. Florentes sophie viridis complectitur hortos. Idem fieri posset in academia nisi aures abhorrerent nō minus q̄ si penultima correpta dixerimus astrologia. Sed in eodē verbo sine offensione primas ꝯfundimus. Accidit ratio similiū deriuatoꝝ: vt ab enotro enotria/tyrrheno tyrrhenia: quod alibi satis disputauimus. Accedit doctoꝝ autoritas Claudian⁹ in latiū spretis academia migrat athenis Callimachus nostri tpis poeta insignis qui secundā produxit Marcus academie illud Propertij doctiores legūt Alexandrina Noxia alexandrina dolis aptissima tellus. Pleias cū p dieresim enunciat. Ouidi⁹. Edidit arcadio pleias vna Ioui. pleiadumq̄ choros. Producthalia thais Diana cōem habet apud Uergi. Et alios frequentius tamen corripit. ¶I ante e i et o breuiat: vt hieroni. Diiambus iolla polihymnia .i. plurimū canens vel laudens. Ouidius. Dissensere dee quarū polihymnia cepit. Dicitur ꝛ polymnia subtracto hi hoc est multe memorie. Uergili⁹ in epigrāmatibus. Signat cūcta manu loquiturq̄ polymnia gestu. Deme pierius/pieris/ariobazones/dio/io nymphe nomen: ionia/enyo/spio. Et tertij ordinis nomina habētia i ante on: vt hyperion. Cicero in prognosticis: vt cum luna means hyperionis officit orbi. Ausonius in Diogenes produxit. Diogenes obijt non abijt sed abit.

¶I ante u corripitur: vt iulus. Excipe brauium/chius possessiuum a chio insula que corripitur. Lucan⁹ libro. viij. Quas a sine cautes ꝛ quas chius asperat vndas. Dius dryade quod druide quidam nunciant. licius sperchius.

¶O ante a breuiat: vt boare. Semoue troas et que e longam in primaria voce seruant: vt heoa geloa eoa: ꝛ similis forme. Ioannes iuuencus semper pducit. Plerique

Marginal notes: A añ a e ꝛ i. — A añ o ꝛ u. — E ante a. — E ante e. — E ante i. — E ante o. — E ante u. — I ante a. — I añ e i ꝛ o. — I ante u. — O ante a.

confundunt et trisyllabum faciunt.

O. añ e ⁊ i. ¶O ante e et i corripit̃: vt simois. Excipe troes/typhoea. Itẽ patronymica a longis: vt aloide. Uerg. in. vi. hic ⁊ aloidas geminos immania vidi. ⁊ achelois ⁊ obliqs eoꝝ que o longum seruant in recto: vt acheloi. Item lagois/herois/trois/troicus/stoicus/zoilus. Sic etiam troius/achelous/penetus/plebeius: et similia.

O añ o ⁊ u. ¶O ante o ⁊ u corripit̃: vt demophoō: ⁊ alcynous. Deinc achelous/arctous/chous adiectiuum. Eous inous/lesbous: et quedam similis forme: pirous ꝓpriũ: ⁊ pironis equus phebi. U ante alias vocales corripitur: vt capua.

¶Accentu producto: vt fortuna. Accentu correpto vt tabula. Diminutione: vt si velis iudicare q̃ñtũ sit u in verbo fortunarũ tollerũ et superest fortuna: in quo accentu cognosces. Ualet aũt diminutio ad penultimas discernẽdas vel ad eas que penultime fieri pñt q̃s maxime accẽtu deprehẽdimus. Fallit tñ in plerisq;: vt deinde: et reliquis exinde ꝯpositis: in q̃bus vocalis positione longa deprimit̃. Itẽ in ex aduersum aliq̃ñ et reliquus: et qñ affatim/affabre/nimirũ/eniuero/quiesco/apostema/adrastine: in quibus penultima que grauat̃ ꝓducta est. Sic etiã in ṽbo insan⁹ ⁊ infelix: q̃ñ primam acuũt: ⁊ reliqua ꝯposita cũ in cũ abs aut f incipiẽtia autor est Cicero qui id seruare elegantissimũ esse docet ⁊ nõ natura fieri: sed instituto. Usus tñ nostri seculi qui a Cicerone et doctoꝝ lege defecit mihi videt̃ abusus. Aliud est eñi latine aliud grãmatice ꝓnũciare Priscia. et aliĳ torcular penultimã acuere docẽt: et tñ correpta est: sed sunt q̃ accẽtus ratione ꝓducãt. Rhetorica q̃q; acuta ante penultimã corripit tñ eã. Iuue. Ad pugnã que rhetorica descẽdit ab vmbra. Sic hippocrates/Aristoteles: ⁊ hmõi q̃ hñt penultimã cũ añ penultima breuẽ. Sic etiã iusticia/mestitia/ausonia/romule⁹: ⁊ similia hñtia vocalẽ penultima breuẽ añ vocalem: q̃ ante penultimã acuũt: vt alteri⁹/Sulpiti⁹/ꝑtheni⁹. Sed hoꝝ vcti seruant accentũ. Quãq; syllaba natura corripit̃ que accẽtus rõne recte ꝓduci põt. Itẽ que sunt a colo ⁊ gigno vt agricola et rurigena. Itẽ in hmõi vocib⁹ vrceolus/capreolus/vnciola. Fallit ⁊ in deriuatis a facio ꝑ cõpositionẽ hmõi: vt calefacis/frigefacis. Nã breuẽ penultimam acuũt syllabe quãtitate neglecta. Itẽ in vtraq; pleraq; ntis ⁊ actis in q̃bus (Priscia no authore) encletica que cũ integro noĩe veniet in ꝯpositione vim suã habet. Amittit vero in vtiq;/itaq;/deniq;: et vndiq; in quibus non fallit accentus.

¶Exemplum: vt pecunia apud hora. Et genus et formam regina pecunia donat.

¶Regula: vt musarũ. Nam a/e/⁊ o/in crementis pluraliũ casuũ ꝓducuntur: vt dominarũ/specieꝝ/dñoꝝ. I et u breuiant̃: vt manibus/specubus. De singulariũ casibus sunt multiplices regule: quas quisq; iã didicit ex q̃tis secũde/tertie ⁊ quinte declinationis. Crementũ in casibus dicit̃ qñ obliqui superant rectum: vt visus visibus In verbo quando superatur secũda persona singularis: vt amas/amatis. A igitur in verbo crescens producitur: vt amamus. Demitur do cum suis compositis prime coniugationis: vt damus/venundamus/circundamus.

¶E crescẽtis ꝓducitur in oĩ ꝯiugatione: vt amemus: nisi post e sequat̃ r. tũc eñi mõ producit̃ modo corripit̃. Producitur in pñti indicatiui et pñti et preterito optatiui subiunctiui et infinitiui secunde ꝯiugationis: doceris docerẽ decere que vox est etiã imperatiui passiui. Itẽ in preteritis perfectis ipsius indicatiui modi cuiuscuq; cõiugationis: vt amauerũt/docuerũt/legerũt/audierũt. In quibus q̃ñq; figurate corripitur: vt Obstupui steterũtq; come et matri longa decẽ tulerũt fastidia menses. Et apud Tibullum. Nec cithare intunse profuerunt ve come. Corripiũtur in illis eisdẽ superioribus temporibus in tertia coniugatione legeris/legerẽ/legere. Siĩter et in preterito plusq̃perfecto indicatiui ⁊ preterito ꝑfecto ⁊ futuro subiunctiui cuiuscũq; cõiugationis: vt amaueram/docuerim/legero/audiero. Passiue terminationis ris vel rere producunt: vt amaueris et docere: in quo primũ e quoq; ꝓducitur. Futura prime ⁊ secũde ꝯiugationis passiue vocis corripiunt: vt amaberis/docebere: preter amaueris et amere que presentis subiũctiui voces sunt. Tertie et quarte producũt vt legeris audieris. I in primis cremẽtis quarte ꝯiugationis ꝓducitur: vt audim⁹. Sic etiam in volo et sum: vt simus ⁊ velimus. Et in preteritis in quibus u consonãs sequitur: vt audiui/petiui. In reliquis corripitur: vt petimus/amauimus/docuim⁹: legim⁹/audiuim⁹. Inuenies dederitis trãsieritis et huiusmodi voces preteriti q̃ñ quãdoq; apud veteres produci. Ennius. Nec mi aurum posco nec mi precium dederitis. Ouidius. Uitam dederitis in vndis.

¶O in omni cremẽto ꝓducit̃: vt amatote. U vero corripitur: vt volum⁹. Reliquas

De A in mediis syllabis.

per litterarū ordinem regulas posui: que vt faciliori vsui future sint diphtōgata in principio sic vt pronūciantur: quemadmodū in superioribus scribere placuit. ꝛ que per y notantur sub i littera comprehendere.

AB rapit mediis: sed arabus hinc remouebis
Abilis. abundus simul abulum ab abax ꝛ abā

¶ Dictum est enim dabilis a do: stabilis a sto cum compositis primā corripere.

Prime barrabam sed amabo vel dicta reuoluam — A ante b.

¶ A ante b corripitur vt arabes. Excipitur a tabulus ventus apud Hora. Barrabā apud Iuuencū et Seduliū. Finita in bilis vt amabilis. In bundus vt amabundus In bulum vt venabulum preter instabilis: et circumdabilis: amabo interiectio sequitur naturam verbi.

vt abacus iliacus vt bibaculus.

Ac rapit mediis: sed in aculus absit ab acis
Mobile vel simili deducta nouacula forma
Aculum et acundus simul aceus: acius acis
Obliqui: nisi quos dant barbara athax simul athrax
Et dropax et abax candaxqꝫ coraxqꝫ styraxqꝫ
Pharnax sed dubios de smilax duco syphaxqꝫ
Longaqꝫ benacus cocleaca cloaca meracus
Et mustatia seu pistacia opaco et opacus
Portulaca et pastinaca syracusiusqꝫ
Et sarraca simul sarracum consocientur

¶ A añ c corripitur: vt alacer. Deme benacus cocleaca cloaca maracus opacus pastinaca portulaca sarraca vrbs media ꝛ arabie: vehiculū sarracū et desinētia in vlū ꝓcedēte vt tabernaculū. In ceus vt herbaceus. In cūdus vt iracūdus. ꝛ obliquos pluriū syllabarū vt fallacis minacis. ꝑter caracis similacis dropacis. ꝛ barbaroꝝ vt pharnacis. Syphecē aliȷ̄ ꝓducūt. Claudianus inquit Cōpulim⁹ durū syphacē tractūqꝫ metelle Addāt et talia in textu posita abax atax atrax candax et stirax. Fax aūt corripit sed primā nō mediā Retinaculū licet nō veniat a prima tñ producit vt gubernaculū poti⁹ syncopā fieri ꝙ̄ ante c corripi cēseas: vt enei. v. Cūqꝫ gubernaclo liqdas ꝓiecit in vndas Pylades dicit C ꝗ̄qꝫ cōtrahit. subeūte cul⁹ remouere. Et cu la siue culū finita et mobile in acus qđ vltimū de opac⁹ et meracus locū hꝫ: sed alia offendi correpta vt Cardiac⁹ apđ flaccū Cardiaco nūqꝫ cyathū missurus amico. et paradisiacus apđ Baptistā antuanū et demoniacus. simoniacus elegiacus iliacus. Cyriacus adriacus et similia que i ante a habent ante cus corripiūt. — A ante c.

vt corrado inuado male suadus.

Ad rapit mediis cum dictis tolle cicada
Natura longū breue legi eadem quoqꝫ sextum

¶ A ante d corripitur vt lampadis Tolle cicada. Cōposita vt eadem sunt aduertēde ex simplicibus. — A ante d.

A super f vel phi medio vt colaphus breuiaui

¶ A ante f vel ph semper corripitur vt colaphus.

Ag trahit mediis: suffragia siue virago — A ante f.
Sicqꝫ repagula. sicqꝫ coagula sic et imago

vt onager.
Sic et suffragoꝛ sed fixum deme secunde
Vertagus asparagus simul aruiragus pelagusqꝫ
.i.adagium
Ad socians agium tamen hinc contagia demes
vt synagogus pedagogus.anaxagoras athenagoras
Foꝛsan et agogos tamen est agoꝛas bꝛeuiandum
Messageta abdenago:astyages anaglyptum
Grecaqꝫ plura leges chiragram podagram variemus
Mandꝛagoꝛa et lalage bꝛeuiantur pytagoꝛasqꝫ
Naufragumqꝫ legunt vbi nauifragū bene ponant

A ante g. ¶ A ante g pꝛoducitur vt imago. Excipe noia secūde declinationis: vt aspiragus: pelagus adagiū. Sed synagogus et pedagogus pducūtur abdenago: athenagoras chiragra et podagra indifferēs habēt. Martialis. Sed nil patrono porrigit hec chiragra est. Idē. Litigat et podagra diodoꝛus flacce laboꝛat. aruitagus lalage mandragoꝛa pythagoꝛas. Quia naufragus a frango n deposito videtur corripief qdā legūt Enei.iij. non naufragum: sed nauifragum scyllaceū: ꝛ metamoꝛ.xiiij. Nauifragūqꝫ fretum gemino quod littoꝛe pꝛessum: vbi tamen nauifragum quidam legunt.

A rapit l sed tolle canalis. neutra peralis
vt doctrinalis animalis venialis penetrale .i.natura
Alis et ale simul deductum mobile natu
Ascal deductum messalaqꝫ sic abesalon
Symphalus necnon pharsalus longa: sed anceps
Stymphalides necnon pharsalia coꝛaliumqꝫ

A ante l. ¶ A ante l coꝛripitur: vt italus: Excipe obliquos neutroꝛū noim in al terminatoꝝ in alis vt animalis: et denominatiua in alis vt generalis. Sic etiam ab ascal venietia vt ascoloniū abesalon stymphalus phꝛasalus. Statius. Nōstri ferumqꝫ erymanthum aut erisonium stymphalon. Lucanus. Emathos equoꝛei regnum pharsalos achillis. Item deriuatiua omnia sequuntur naturā pꝛimitiuoꝛū vt thessalis stymphalis. Quanqꝫ Alcinius dixit. Mentita da veniam fato sacrato perenni. Sit phas pharsaliam post symensia legi. Coꝛallum duas primas cōmunes habet quas vicissi pꝛoducit. et stymphalides secundam.

A rapit m medius: verbale trahatur in amen
Hincqꝫ examino seu contamino ducta ducenter
vt amamus clamamus
Et thimiama simul dictamus: verqꝫ dicta

A ante m. ¶ A ante m coꝛripitur: vt calamus. Tolle verbalia in amen vt foꝛamen et thimiama. Item a in cremento verbi vt amamus pꝛeter circūdamus et pessūdamus Dictamū pꝛoducit. Verg. Dictamum genitrix cretea carpit ab ida.

A rapit n medius sed aranea araneus exan
vt humanus .et immanis.
Obliquos tolles et mobile in anus et anis
.s.partanus romanus
Et gentile simul pꝛopꝛiamqꝫ hominū atqꝫ locoꝛum

De A in mediis syllabis.

Hic meuania sit messana lemanus at illinc
Dardanus eridanus rhodanus tamen apidanusqꝫ
Libanus ac hypanis drepanũqꝫ mouens superaddes
Dum vocale preit cyanen vel cyanen dans
.i. dicens
Sicaniam breuians variabis sicanus edens
peccant qui pellicanus scribunt.
Si vis sicanus longum legitur pelicanus

A ante n corripitur vt galbanus balanus clibanus stephanus aristophanes ꝛ cetera greca in phanus aut phanes. excipe aranea et araneus. Et greca in an in gtõ crescentia vt titan titanis. Et adiectiua vel secunde vel tertie declinationis vt soranus paganus inanis: et gentilia vt Romanus et ꝓpria hoĩm vel locorũ vt vulcan⁹ et garganus preter dardanus rhodanus apidanus eridanus deprañũ: hypanis libanus et habentia vocalem ante a vt machina Pelicanus quoqꝫ producitur licet rectius videatur corripi. Sicania corripit Sicanus producit et corripit Syllius Sydera elyseis aderat gens sicana votis Cyanẽ etiã noue produxit Ouidius libro .ix. Cognita cyane prestanti corpore nympha. Nisi legamus cyanee. A ante n.

A p rapit mediis: sed anapus iapis. iapix
Mesapusqꝫ simul te demo priape sinapi
Sicqꝫ seropis erit seraphis de serapion addes

A añ p corripit vt alapa. Deme anapus mesap⁹ ꝑap⁹ serapis serapion et sinapi A ante p.

A rapit in mediis subiens q rite notatis
vt siquaqꝫ: vnaquaqꝫ
Nequaqꝫ et sexti casus vtraqꝫ: satisqꝫ

A ante q corripitur: vt tanaquil. Tolle nequaqꝫ. Cõposita sunt aduertẽda: vtraqꝫ ablatiuus producitur. A ante q.

A rapit r in mediis: sed amaracus absit amarus
Sic et auarus erit cocleare tiara tiaras
.i. arum
Et zodoara simul quod in arius aria ium de
vt luminaris luminare
Nobile vel fixum clausum est: vel in aris et are
vt balearicus a balearis.
Aricus ex aris: sed sit denarius anceps
Ductaqꝫ de breuibus ceu cesarius breuiamus
Obliquos ex ar produc: cum bostare demptis
Cesaris et iubaris seu capparis asparis addes
Baccaris ac araris cum nectare lucaris atqꝫ
Barbara correptis vt amilcaris associabis

A añ r corripitur vt cesaris. Excipe amarus auar⁹ cocleare margarita. Prudẽ. Margaritũ ingens opibusqꝫ ꝛ viribus arte tiara zopoara: et obliquos deriuatorũ neutrorũ calcaris lupanaris et finita in rius ria riũ: vt sextarius stlataria carnariũ A ante r.

et huius terminationis adiectiua sunt pinguinarius denarius Martialis produxit et corripuit hanc volo quã totam redimit denarius alter. Item. Denarius tamẽ hãc non emo basse tribus. nisi syncopen admiserimus A dissyllabis cõposita sequuntur naturã simpliciũ vt anclarius. Obliqui oẽs tertie declinationis .pducitur preter ibaris nectaris celaris asparis bostaris capparis baccaris lucaris : et barbarorum vt hamilcaris.

A rapit s mediis. pernasus omasum et aperte
vt gelasius anastasius.
Deducta excipiens vt agasco: propria signes
Iasius rapitur cum producatur iason

A ante s. ¶ A ante s corripitur: vt carbasus. Deme pernasus omasum et aperte deriuata vt agaso. Propria vero cõmunia sunt: sed frequentius breuiant.

At rapit medius: sed aperte nata mouebis
Et patiens et habens vt in atus in atim et in atum
Sic et horatius est tunicatus aratus arator
Sic et paulatim: certatim seu generatim
vt achates vasates.
Celeꝗ fere clausum: tamen antiphates zalateseꝗ
eurybates schenobates
Et pelares breuiabo bates simul omne creatum
calistratus philostratus polycratos socraticus. quod a socrates venit.
Utꝗ stratos sic nata cratos rape socraticusꝗ
Sit grecis arotron nobis dicatur aratrum
Nec dices grabatum: verum vt maro pone grabatum
As atis longes: a natis sed origine curtes

¶ Rufus festus in arto Latipedẽꝗ anatem cernẽs excedere ponto. Macer de viribus herbarũ Anseris aut anatis mixta pinguedie turi. Sulpitius videtur velle produci eundem versum citat nestor: ad eius correptionẽ: ideo aũt corripitur qꝛ nullus non concisus est a natis ab annato cuius media est breuis sicut prima nato as. aut a primitiua pticula et nates quasi sine natibus: vtrũꝗ aũt na syllabã corripit Stratos et cratos in cõpositione corripitur. vt calistratos et socrates et tñ socraticus ꝛc.

A ante t. ¶ A ante te corripitur: vt cyatus. Tolle aperte deriuatiua vt aratrum et terminata in tes vt achates preter antiphates scenobates euribates ichnobates ꝛ similia. Et obliquos noim in as vt anas anatis. Martialis. Et anatis habeas prodigium macre: impietatis pietatis. Sic grabatum et denominatiua et participia et verbalia et supina: vt barbatus armatus amatus.

A super u medius producitur ipse patauus
vt amatus: proauus: aggrauo.
Addubitant pataui rapies signans sata curtis

A ante u. ¶ A ante u producitur. vt cadauer. Excipe atauus abauus ꝛc. composita a breuibus Nam a longis producuntur: vt ignauus deprauo. Itẽ patauiũ bathanũ Lucanus corripit. Iuuenalis et Martialis producunt.

vt celeber hebenus therebintus elleborus.
EB rapit mediys: sed tolle corebus ephebus
Per rebusꝗ simul cremento nota mouebis

De E in primis syllabis.

Hec via facilior est quam Sulpitiana: cape tamen vtrauis. Sulpitius. ¶E ante b pro-ducitur: vt monebam. Deme celeber/hellebor/erebus/hesebon/terebinthus et fi-nita in bundus: vt tremebundus siquidem omnia corripiunt ante penultimam: pre-ter habentia a: vt predabundus. Obseruanda que mutam post se habent: quia com-munia sunt. Ex his tamen hec frequentius corripiuntur: vt scatebre/tenebre/salebre: cerebrum/latebra/terebra. E ante b.

E c producens: proprium compostaque signes
Nam seneca vndecimus seu deprecor abbreuiamus

¶E ante c producitur: vt veruecis/alecis/diecesis.i.dispensatio aut dispositio/die-cetes dispensator aut procurator: ab ignaris diocesis dicitur. E ante c.

Ed producet: tolle esseda melchisedechque
Que claudis per da breuium quoque compositiua
Sicque fere proprium clausumque medum lego curtum.
Automedon sic alchimedon sic iaomedonque
Iphimedea simul: sed productum diomedes
Ut macedo et tenedos quidam vnedo consociabunt.
Teque macedonia liquet vsum naso sarissa.
Anceps ficedula est: ficedula namque legetur.
Funebris et salebre communia sunt vt ab hedra

¶E ante d producitur: vt putredo/dulcedo. Excipe essedum: melchisedech: et desinen-tia in da: andromeda. Et composita a correptis: vt comedo et bipedis: propria raro produ-cuntur: vt galfredus. Cathedra et exhedra commune habent: tenedos corripit sic et mace-do/macedonia produxit. Ouid. in. xi. Qui clypeo iaculoque macedoniaque sarissa. E ante d.

E super f vel phi rapitur nisi pars prior illi
vt veneficus a veneni: dicitur enim pro venenificus.
Longa: sed hic dubites infinitiua redempta
Cum facio et fio connexa velut tepesio.

¶E ante f corripitur: vt elephas. Deme composita a longis: vt venefic9/venenum enim pro-ducit ne: preter deducta ab infinitiuis longis que corripiunt: vt putrefacio/tepefacio liquefacio. a putrere: vt tepere/liquere. Oui. Sanguine tlepolemus lyciam tepefa-cerat hastam Torsit et in celum liquefactaque tpa fixit. Idem tamen in. vij. dixit. Tura lique-faciunt inductaque cornibus aurum. Et catul. Atra tepe faciet permixta flumina cede. E ante f.
vt composita et deriuatiua.

E g super rapitur: sed supradicta notentur
Corripit vcalegon: longat tristega cethegus

¶E ante g corripitur: vt elegus de elegia diximus. Tolle deriuata: vt collega/tristega propriorum quedam corripiunt: vt vcalegon: que quedam producunt: vt cethegus. E ante g.

E super l tardes: deme angelus hinc obelusque
Adde periscelidem sepelire et propria multa
Ut thymele pterelas/semele/enceladus/menelaus
Sicelis ardelio: a cicelos stenelusque: telesque
Clausa vt aristoteles: cybelen dic siue cybellem.

E ante l. ¶ E ante l ꝓducitur: vt phaselus. Excipe angelus/obelus: et pericelis. Et ꝓpria: vt thimele et abimelec. Item sepelio et greca in teles finientia: vt pyrgoteles. Cybelle Uergilius ⁊ alij corripiũt. Propertius tñ producit. vel tu que tardo mouisti fune cybellem. Sic quidam alij. Luca. Et lotam paruo reuocant almone cybellem.

Et facit m longum deme artemus ac elementum
vt tlepolemus.
Et polemus sata gethsemani vehemens hyemisq̃
Atq̃ neoptolemus ceu telemus artemidorus
Telemachusq̃ puer ceu simplex sic alemanus
Uindemiator abest aut vindemator eritq̃
Syncopa nam media legitur vindemia longa
Indoctis heremus: doctis profertur eremus

E ante m. ¶ E ante m ꝓducitur: vt amem⁹. Deme elementũ/elemosina/gethsemani/erem⁹. nomen licet grece per ita scribatur: hyemis/hyemo/vehemens. Uindemia licet producat̃. Hora. Tñ vindemiator corripuit. Uindemiator et inuict⁹ cũ sepe viator. Seneca in claudiũ in vindemiatore produxit. Carpebat rara serus vindemiator vuas. Ideoq̃ nõ ignorãdũ in tetrasyllabis/pentasyllabis: vt vltra sepissime cõfundi ante penultimã. vt in tabernaculo ficedula canicula craticula ⁊ cõnubio. Uerg. Cõnubio iungam stabuli propriamq̃ dicabo. Idẽ. Cuiq̃ loci leges dedimus cõnubia nostra. ¶ Uerũ tñ puer nõ segni iudicio ab authore discessi. Primũ in elemosina: qđ vulgus cũ alexandro secutus correptũ censet qđ quidẽ in secũda admisero: sed nõ tertia: q̃ per ita scribitur grece ⁊ est idẽ ꝙ misericordia: vñ nõ habet e correptũ ante m sed ante e. Deĩde in eremus quod licet in hymno diui Joannis et in silibus corripi videat̃ natura tamen vt a doctis producitur. Nec concedam tabernaculo/gubernaculo: et similia na corripere: sed syncopam pati. verũ in craticula/canicula/cuticula: solo accentu penultima producitur: vnde licentia sit in carmine.

composita et deriuata: vt aduenio/aduena.
E super n lougum non dictum: sed breuientur
Abdenago ac asenec simul armenia eumenidesq̃
vel hebenum.
Ac hebenus iuuenis simul ingenium ingenuusq̃
Olenus olenius cum clazomenis hymeus:
Et coniuncta tenus ceu quatenus hactenus adsint
Cum proprijs multis sic parmeno sic beronice
Sic helene ac helenus clymeneq̃ locantur at ede
Alcmena eumenes helpenor siue celeno
Syreneq̃ sed aut porsenna aut porsena ponas
vt origenes/archigenes/aprigenes/alienigena.
Nata genos simul atq̃ genus breuiare solemus
erat hostenes/beristhenes/nyctimene/almenos.
Parthenos atq̃ sthenos finita meneq̃ menosq̃

E ante n. ¶ E ante n ꝓducit̃: vt balena. Tolle asenec abdenago/aduena/ꝯuena/eumenides/hebenum/iuuenis/ingenium/ingenuus. Propriorum quedam corripiunt: vt climene/helena/ꝑmeno/porsena. qđ Uerg. n. adiecta ꝓducit: quedam producunt: vt cele-

De E in medijs syllabis.

no/helpenor/alcmena/eumenes. Composita vero a genos corripiũt: vt archigenes.

Ep rapit medijs: sed asepus forte iosephus
Atqꝫ asclepius hinc absint presepe et hipepe

¶ E ante p corripitur: vt iosephus: in quo quidam malunt producere. Iuuencus vr=getur monitus Mariam puerumqꝫ iosephus. Excipe asephus fluuius asclepius pre=sepe ⁊ hipepe arum que vrbs est lydie. Ouidius. xi. metamorpho. Sardibus hinc il=linc paruis finitur hipepis. E ante p.

Eq corripiet si quod datur vt diequinti

¶ E ante q habentia cesuram simpliciũ subeũt: vt diequinti/⁊ diequarti: ⁊ huiusmo=di Gellius docet. Ratio aliter exigit. ¶ Ut a panther cluder sother. ⁊c̃. E ante q.

E super r rapitur: tamen obliqui memorentur
Nam ver et mulier vel ab grecum trahit eris
Ut crater panther clister simul atqꝫ caracter
Atqꝫ stater prester bizer ac cetera iunges (**vt soter.**
Diphthonganda: chimera megera macheraqꝫ signans
Abdera excipies arcera: austerus et eius
austera et austerum
Fratres cyperus pariterqꝫ cithera citheron
(Sed rapitur cithara) galerus homerus hiera
Ac vt iberus iber patrium formabit iberi
Fors mysteria: nicetera dicqꝫ neera
vt syncerus.
Poderis trieteris habet quod cera: seuerus.

¶ Ut syncerus qđ ꝯpositũ volunt a cera de obliquis et indenatis in p̃rõptu sunt sta=ter statera: crater cratera: panther panthera: clister soter caracter: ⁊ similia greca p̃ ita scribẽda hic nebrisse: sequimur: quia Sulpiti⁹ oblongus est qui dicit sic. ¶ E ante r corripit: vt teuera. Deme in rus ⁊ rũ deriuata: vt austerus/galer⁹: preter bucerus inferus/iterũ/patera/poster⁹/querquerus/super⁹/vterus. Propriorꝫ aliqua produ=cunt: vt chymera/megera furia. Aliqua corripiũt: vt pierus/craterus/cerberus/bel=lerophon/megera herculis vxor. Ualerius correptũ habet. Horati. Contra Leuinũ Ualerigenus vnde superbus. Producũtur etiã hec arcera/cythera/cytheron/crate=ra/panthera/statera/crateris/pãtheris/stateris/mulieris: vt etiã Priscian⁹ in libro de accentibus docet: ⁊ in vsu doctorꝫ est. Lucreti⁹. Si qua virũ soboles si qua est mu=lieris origo. Recentiores qui vsi sunt omnes ad vnũ producunt. Terentiũ bis liqui=do corripere comperi in prima et quarta scena. Martialem semel. Amet histinatqꝫ mulierũ, vocat vestes. Iber⁹/trieteris/poderis/characteris/abdera/machera/alte=res/buzeres/cremesteris, brachiomisteris/soteris/luteris/clisteris. Hiera autẽ hieri=co hiericus hierosolyma corripiũt: nisi per syneresim due breues in vnã longã cogã=tur: vt apud manilium. Hiera siracuras salamis namqꝫ vrget athenas. Terminato=rum in rium aliqua corripiunt: vt glyceriũ/ministeriũ. Aliqua producunt: vt nicite=rium mysteriũ. Ouidi. Pandimus interdũ doctis mysteria rebus. In verbis haben=tibus e ante r ad superiores de verbi crementis regulas te referto. E ante r.

E super s curtum: archesia duc remouendum
Atqꝫ diecesis: fortasse frenesis halesus
Atqꝫ galesus item marpesus siue malesus

Et magnesia pleuresis simul atq; poesis
vt syntheresis/synderesis/syneresis.
Atq; mathesis iesus compositiua vt obesus
vt millesimus/trigesimus.
Esimus in numero milesius et lyrnesus
in ibin.
In nasone leges philesia regna tenentem

E. ante s. ¶ E ante s corripit: vt heresis. Tolle charchesiū/diecesis galerus: halesius/marpesius/malesius/magnesia/pleuresis/poesis/mathesis/iesus: de quo supra diximus: vt apud Aratorē et iuuencū: vt inde galileam repetit saluator iesus. Et cōposita a longis: vt obesus: frenesis autem vt indifferens habet. Adde numeralia in esimus.

Et facit longum quidam breuiant amet isum
Forsitan et curetes populum: sed dico curetes
Sepi⁹ & temetū crysendeta: clausa theutōq; vt ephiteton.
Sicut anaxreten sic messagetas breuiabis
Etis ab eis longo nisi sint in ies faciemus
A reliquis fit etis: tamen inquies obtinet etis
Japetus macetas seu taygetus vietus fors
Taygete venetus: sed lecta venetia dure
vt panerethus/arethusa/arethalogia.
Clausa in etas terne vt pietas aretq; creata
Et pyretrū pharatrā pheretrū triquetram penetroq;
Atq; meretrices scis e commune tenere.

E ante t. ¶ E ante t pducit: vt facet⁹. Excipe amethistus: vt dudū ex Martiale ōndim⁹. Curetes in quo aro pducitur p populis in creta & ideis. Temetū: vt apud Iuue. Qui etiā in amethisto corripuit: sed Ho. Uidetur produxisse. Pullos oua cadum temeti nempe modo isto. Sic etiā pduxit abstemius. Ut forte in medio positor abstemius herbis. Uenet⁹ venetia: macete/paneretus/epitheton/sytheton. &c. a theton deducta: taygetus taygete/iapetus/chrisendeta: & noia et obliquos tertie declinationis: pietas arietis: pter agnetis/chremetis/petis/locupletis/lebetis/magnetis/rhametis/philoctetis/thaletis/dharetis/hermetis/vietū. Lucre. in. iiij. pduxit. Nec supra caput eiusdē cecidisse vietū. Aduertenda illa cōia que habēt mutā cū liquida: vt pyretrum/pharetra/pharetratum/triquetra meretrix. Silius. Huc ethnea cohors triquetris q; miseratoris. Aduertenda etiā composita: vt a peto me greco velut ocypete et ab arete etiam greco: vt arethusa que corripiuntur. &c.

E super u longum longeuus siue veseuus

E ante u. ¶ E ante u producitur: vt longeuus.

vt ridibilis/reperibilis.
IB super rapitur: quarta ibilis addubitatur
Sicut possibilis que vox romana negatur.

I ante b. ¶ I ante b corripitur: vt chalibis. Deme composita que sequuntur naturam simplicium: vt prelibo possibilis. At verbalia a quarta coniugatione deducta: vt sensibilis indifferens habent: sed potius corripe.

propꝛium enim coꝛripitur.
Jc rapit:tolle anticus seu mobile amicus
Adsit apꝛicus aticia siue comicia viqꝫ
canicula.cuticula.craticula.cuniculus.nouicius.
Nata canis cutis ac crates cuneusqꝫ nouusqꝫ
At reges vel equus sata longis iũgimus illis
Embꝛicus foꝛmica inimicoꝝ iunge labicum
Lumbꝛicus loꝛica simul lectica:mirica
mendico/mendica.
Mendicus co.ca.mulctitia iunge marica
Lasserpiciferum ceu villam iunge triuicum
Foꝛte tribus vicis deductam:sitqꝫ numici
Que media est anceps:longum nasica pudicus
Rubꝛica et pꝛedico lues inuisa pudicis
vt quanticunqꝫ
Pꝛedicare simul posticus at addita cunqꝫ
Flexu et tibicen simul obliqui patuere
Jcula da quarte pꝛoducta et pꝛopꝛia nice
Adde caicus item cum multis plurima curtans
vꝛbicꝰ/rusticꝰ/villicꝰ/atticꝰ/britãnicꝰ/bithinicꝰ/germanicꝰ/gallicꝰ/getulicꝰ:⁊ amicꝰ
Ut de non pꝛopꝛijs deducta sed haud bꝛeuiandis
Urtica vstica et vesica vmblicus adapta

¶De obliquis diximus in foꝛmatione gti:docuimusqꝫ lodix et varix freqnẽtius dici de ꝓpꝛijs autẽ difficile esset oia ꝯplecti verũ que quisqꝫ desiderabit ea facile quouis exẽplo cognoscet:hec eni bꝛeuia sunt:amicus/atticus/autolicus/britannicus/castricus/euthycus/garricus/gallicus/Germanicus/getulicus/ ibicus/melicus/stoicus/vꝛbicus:que oia sunt ꝓpꝛia:sed fere ab appellatiuis sumpta:vnde errant qui ad discretionẽ dicũt rusticus pꝛopꝛiũ ꝓducere:cũ Martialis dicat. Qui ꝓpter cenã rustice cedo coquũ.Quinetiã felix substãtiuũ in obliquis ꝓducitur:vt mobile. Plurima tamẽ que a locis non deducuntur nec cũ appellatiuis cõia sunt vidẽtur posse ꝓduci: vt Fredericus/Theodoꝛicus/Ludouicus:vt ex Uergilio patet caicus et ex natura oia a Nice.i.victoꝛia sumpta:vt beronice thessalonica ⁊ ceteta que Sulpitius dicet. ¶J ante c bꝛeuiatur:vt rusticus. Tolle amicus/aphꝛicus/anticus/aricia/ceruical/coniciũ/embꝛicus/ foꝛmica/inimicus/lectica/labicus/lubꝛicus/loꝛica/mẽdicus/mirica/marica/multitiũ/numicus.q̃q̃ hora.coꝛripuit Brãdusiũ numici meliꝰ via ducat an appi.Nasica pedico posticꝰ pudicus qualicũqꝫ/quanticũqꝫ:⁊ anticũqꝫ:sed vbicũqꝫ cõem hꝫ rubꝛica radice eradicitus tibicen vmblicus vrtica,vesica vstica villa et obliqui in icis a nominatiuis in x:vt felicis.Sed si sint masculina aut feminina coꝛripiũt:vt calicis/salicis/silicis/pristicis . Preter bombicis/ceycis/sandicis:vt apud Properiũ.Phenicis ⁊ masticis qꝺ aliqui coꝛripiũt. Jn ex coꝛripiũt. Preter lodicis: et vibicis pꝛopꝛioꝝ alia coꝛripiũt:vt cimicus/monicus/amicus/autolicus.Alia pꝛoducunt:vt caicus/polinices/beronice/olympionice:sed ad exẽpla ꝯfugias.J añ ulũ c pꝛecedẽte coꝛripit̃ in his que a ỽbis tertie ꝯiugatiõis deriuant̃:vt diuerticulũ.Si a quarte ꝓducit̃:vt periculũ . Jn diminutiuis ỽo nũc ꝓducit̃:vt canicula/cuticula/craticula/tegeticula/equiculus/cuniculus.Nũc coꝛripit̃:vt pisciculus/clericulus:

I d super rapitur: sed aristides & abydus
Et vel acedia dic vel acidia non breuiatum
Forte et dauidis: fastidio: iungeq et in ido
Abstractum et verbum formido simul pherecides
Psophis psophidos ceu cedo nata trucido
Preteritumq cecidi/occidi/abscidia curtum

.i. nomē patrony. ab eus: vt enides aben eus greco.

At recidiuus erit: facit eus nomen patris ides

Ouidi. in ibin. Stella licordē. &c. vt licurgides.

Tuq lycoides iunges tantumq licurgo

perfidus/infidus: ceu quadrifidus/bifidusq.

Deriuata notans fidus a findo breuiabis

I ante d. ¶ I ante d corripitur: vt auidus. Excipe abidus/aristides/dauid dauidis. Iunčcus Edidi hic mariā dauidis origine Joseph. psophis/sophidis/phericides: & finita i do vt cupido. Sic fastidio fastidiū: & cecidi pteritū a cedo trucido abscidia cedo. A treci dimus corripit. Patronymicoꝝ masculinoꝝ quedā corripiunt: vt priamides quedā producūt: vt pelides/thesides/coronides/licurgides. Obliqui crescētes obseruandi sunt. Cōposita naturā simpliciū sequunī: vt cōsidero/desidero/desideriū/homicida: et infidus a fido: pfidus autē quod est a fide corripiī sicut obsideo: et reliqua a sedeo deriuata. Sed ab alijs etiā qbuscūq semp sunt aduertēda. Bifidus et quadrifidus. q̄q̄ a fido corripiuntur. Virgi. Quadrifidam quercū cuneis: vt forte coactis.

vt quadrifidus/artifices/lucifer.

I super f rapitur sed plurima dicta putantur

I ante f. ¶ I ante f corripitur: vt artifices. Nam i positum in iunctura positionis semper corripitur preter tibicen: vbiq vero vbicūq ibidem communia sunt q̄q̄ frequentius vbicūq corripiuntur: et alia duo producuntur.

caligo/rubigo/origo etiam proprium.

I g super rapitur: preter go nomen et in ga

instigo/destigo/castigo.

Hinc caligam retrahens in stigon plurima iunges
Et vestigia vectigal: sata fligo fatigo
Caligo verbum sed de caligine ductum
His lestrygonij seu lestrigones socientur.

I ante g. ¶ Verba eni in go non dicta breuianī: vt mitigo/litigo/caligo: & a breuibus cōposita vt colligo/subigo/redigo. Sed a longis longa sunt: vt refrigero refrigeriū. addit ne brissen: origanū Sulpitius. ¶ I ante g breuiatur: vt mitigo. Deinde noīa terminata in ga et in go: vt auriga/quadriga/caligo: preter caliga. Cōposita sequuntur simplicia: vt alligo/refrigero. Produces tamē infligo/castigo/vestigo/fastigia/affligo/vectigal. Manilius. Annone quoq vectigal mercesq sequetur.

.i. asilas.

I super l curtum: sed asilus las et asilum

mantile/monile/cubile/sedile/puerilis/seruilis.

Et crocodicilus abest neutrūq per ile et in ilis
Nomine deductum velut hec edilis aprilis

De I in primis syllabis.

Subtilis simul exilis: quod testa creabit
Testilis necnon conchilia sed remouebis
.i. pestilens.
Dapsilis ac humilis similis parilis sata pesti
Utilis et verbis deducta vt fertilis: addes
A pilo expilo compilo: depilo forsan
.i. massylia
Corripitur. longis massilus et ilia iunge
Massiliam breuiant. quidam sociant eriphile
Longa petilia sit simul et lucilius: atq;
Cordilus piscis: sed erit rutilias anceps.

¶ I ante l corripitur: vt auxiliũ: et verbalia: vt fertilis. Tolle asylum/asilas/asilus/ crocodilus: et neutra in ile finita: et denominatiua: vt seruilis conchiliũ. Iuuenalis. hor ego non fugiã conchilia: me prior ille. Preter hec dapsilis/humilis/similis/parilis/vtilis: et pestilens. Sed exilis subtilis/ et aprilis: pducũtur. Testilis a testa producitur: a texto vel textu corripit. Sic etiã qñ propriũ est. Cõposita imitantur simplicia. Compilo et expilo siue a pilo telo siue a pilis corporis deducantur: siue ab eo quod greci pilates fures dicunt producit Horati⁹. Compilasse putes verbũ non amplius addam. Depilo vero corripit vt testatur Martialis. Cum depilatos creste coleos portes Uocatiui tamen huiusmodi: vt congili/virgili/valeri producunt. Hora. tamẽ natura corripuit. Nulli flebilior q̃ tibi virgili. Et adduxere sitim tempora virgili. Sic et alij poete. Massalia etiã pro ora in aphrica producit. Et sic massylus. I ante l.

I super m curtum velut azimius: hinc retrahendum
Tibullus in .iij. Et ponit duras inter ephimeridas.
Fertur ariminum ad hoc et opimus ephimeridesq;
Enthimema simul matrimus siue patrimus
vt sublimis/sublime: nam specimen/regimen corripiuntur.
Quadrimus limus sata: quarta quod adijcit imen

¶ I ante m corripitur: vt optim⁹. Excipe enthymema/matrimus/patrim⁹/quadrimus/sublimis. Et verbalia quarte coniugationis: vt munimen munimentũ. Composita vero sequũtur simplicia: vt magnanimus possimus. Azimus vero corripitur In crementis verborum superiores repete regulas. I ante m.

I rapit n: tamen appenninus tolle: carinum
Atq; caminus item superadde exangue cyminum
Sit cyminus mons atq; lacus: iungatur erinis
.i. festino.
Sic et echinus erit. festinus nocq; pachynus
Quod velut euxinus dubium est: propino supino
Atq; supinus item ceu pastinaca salinum
nominis in in. .i. deducta
Ticinus forte obliquos vel consita longis
Altinum arpinum cum multis iungo vt aquinum

Corphinum ceu lucrinum littusq; marinum
Sicq; casinus erit pariterq; lepinus et illi
Mox thelesinus adest lygurinus cum gelasino
Atq; lacinius: eriginusq; Cratinus opinor
Ortaq; credinus diuinus seu peregrinus
Alpinus necnon leporinus seu pecuinus.
Cum multis alijs: et plurima fixa per ina
Ut casilina simul fidicina simulq; culina
Fors mediastinus clandestinusq;: sed aufer
hornatinus. diutius. protinus. quatinus. pristinus. serotinus.
Cum tinus horna. diu. pro. qua. cras. pris. quoq; sero
Nundine item breuio pariterq; perendino iuncto
.s. perendinus. heccine/hoccine.
Nomine et hiccine cum socijs: prasinus sociatis
amigdalinus/faginus. oleaginus.
Que dant amigdala vel fagus superadde oleam seu
A pannis gemmis deducta coloribus atq;
Consimili quedam grecis quoq; nota vult que
Christallus bissum coccum sandix adamasq;
quod gaufredus et de riga contra artem producunt.
Bombix myrrha smaragdus hian dabit
vt carbasinus/gausapinus.
Aut hyacinthus amaracus aut conformia dictis
Corripiuntur et hec vt aporina buccina: sic et
Fuscina fiscina femina et cuphrosyne sociecq;
Lamina machina cum sibina proserpina necnon
Pagina cum patina cui sarcina sasina subsint
quia olim duas primas produxi.
Squarina dehinc apina et vacinia: nunc resina adsit
Chirmerinos statina ac trutina: his superadde locorum
Propria cum mutina sit felsina ruspina iuncta
Cum catina ac asina maribus conformia sicut
vt tibicina.
Hec asina atq; cano: patronymicum dabo longum
Et quedam propria albinus crispinus at ista
Fuscinus et lycinus seu celinus abbreuiabis

De J in mediis syllabis.

Hebrinus et motinus mitinus carinus paria addens

¶J ante n corripitur: vt pāpinus: deme apeninus catinum caminus caminū echi= nus erinis festinus festino ꝓpino pachinus qd nomē Prisci. corripuit alinū supinus J ante n.
ticinus qd philelphus vult corripi. Et obliquos veniētes a ntis productis vt phor cinia delphinis et deriuatiua ⁊ possessiua: vt quirinus diuinus anserinus cedrinus lupinus arpinas ab arpino. alpinus ab alpibus. Item aquinū casinū lucrinum matinum et multa huiusmodi. Adde carnificina tonstrina mediastinus preter crastinus hiccine nundine ꝑtinus perendino diutinus hornatinus pristinus quatin⁹ prasinus amigdalinus. Et deriuata ab olea vt oleaginus: a clam vt clādestinus. Syllius vero in vij. inquit. Ceu clādestino trahetur federe bellum Malinius et clādestinis vrgentē cladibus arma. A sero serotinus: a fago faginus. Item greca a lapillis pannis coloribus et plerisqꝫ rebus deducta vt christallinus adamantinus myrrhinus byssinus coccinus bombicinus sandicinus. Excipe et femina fixa quia producūtur vt farina sagina culina preter buccina fuscina femina elemosina euphrosina lamina machina mucina pagina proserpina patinas sarcina trutina sasina statina: et quedam locorū propria: vt mutina. Et preter illa que naturā masculinorū sequunt vt asina proprium et patronymicorū alia producunt vt albinus nerine adstrastine Quedam corripiunt vt alemoninus carinus.

J p rapit: tamen antiphos colliphia enipheus
Et simul obstipus (quia longū stipo) scriphos
Vrbsqꝫ seriphum monsqꝫ sariphus nō breuientur

¶J ante p corripitur: vt antipos. Tollitur obstipus antiphos seriphos insula seri= J ante p.
phū oppidū et saraphi montes magiane prouincie.

J q producet sed compositiua notabis
Sic vtiqꝫ ac aliquis: reliquis siliqua abbreuiantur
Vndiqꝫ relliquie: sed vtriqꝫ trahas et vbiqꝫ

¶J ante q producitur: vt iniquus. Excipe aliquis siliqua. At composita aduertēda J ante q.
quia quedam corripiuntur: vt vndiqꝫ vtiqꝫ. et quedam producūtur: vtriqꝫ quedam habent communem: vt vbiqꝫ: vt paulo ante monuimus.

J super r rapitur. butyrum dic siue butyrum
Busiris colliria dic corcyra corsira
et delirus a um.
Et cercyra semiramis et deliro cipyrus
vnde archimagirus.
Epirus grecumqꝫ magiros iunge papirus
Adde camyrus eis ceu deianira capirus
Saphirusqꝫ simul tenthyra aut tenthyra dicens

¶J añ r corripit: vt gadiris. Deme butyrū qd apd Serenū corripit delir⁹ alira sul J ante r.
co. Lucre. lib. i. Qd mihi tū vanū tū delirū eē videt. papir⁹ et saphir⁹ ꝓ lapide. Itē colira ⁊ corcyra et cercyra colliriū epirus epire magyros. Oui. dixit. Salt⁹ tēthyra petēti. Iuue. Qui vicina colūt vmbrose tenthyra palme. Et ita cōmunē hꝫ mediā.

J rapit s tolle anchises aruisius atqꝫ
Amphisa amphrisusqꝫ aphrodisius ac amethisus
Cephisus seu cambises arcisius atqꝫ
Crimnisus dionysius atqꝫ dionysa et elisa

Gauirus larisa lalisio. sic paradisus

I ante s. Sicqꝫ phariseus sic que dat diuido pones

I ante s corripitur. vt elisium. Tolle amphrysius anchises aruisium amphisa cābises phisus donya elisa gauisus larisa paradisus phariseus. Sed aphrodysius dionysius palisis simplicia sequūt vn̄ sūt lōga: diuisi et diuisus addi possūt vt gauisus.

odites

It rapit sed ta vel tes hominū atqꝫ locorū
Propria produces tamen alphita desit: et addas
Deducta a propriis: aconitū: grecaqꝫ per tis
Et que deductis de nomine multa: vt auitus
Auritus seu crinitus turritus: et ante
Dictum cerritus: sociabitur hermophroditus
Atqꝫ hromitanus sed curtam seruitus effert
Fortuitusqꝫ frequens: peritusqꝫ aduerbia multa

vt diuinitus — vt viritim

Nomine nata: tamen producta leguntur in itim
Inuitus necnon oblitus vt orta supinis
Signentur: verum de seruo seruitus atqꝫ
Seruitium dices: de blando blanditie atqꝫ
Nequitia nequam: sed coccytus catamitus
Berytus coritus item phroditus: et exis
Itis tardo nouitius et crementa reuoluens

.i. idolothitum

Sicqꝫ valitudo datur ac idoqꝫ iothitum
Orithya mephitis item paradisus: at anceps

sed persius vt dixi aliter legitur

Lechitus irrito censentur fors pituita

I ante t. I ante t corripitur: vt leuitas amita. Excipe finita in a ppa hoim vel locorū vel a ppiis sumpta: vt margarita eremita leuita catamita pituita qđ Persius corripuit Sōnia pituita qui purgatissima mittūt nisi synerisim admittamus. Hora. pducit. Cū mulso bibitū pituite noxia soluit. Et alibi. Lenta feret pituita vides q̄ maxima credis. Catul. Mediā et vltimā corripuit. Muculqꝫ et mala pituita nasi pter alphita. Itē greca in tis et in tes: vt sunamitis thersites et denoiatiua vt marit⁹ auritus ceritus pro furioso acerere. hora. Ceritam fuit an conuicte crimine mentis pter seruitus fortuitus: qđ hora. videt pducere. Nec fortuitū cernere cespicē. Juue. contra Nō quasi fortuito nec ventorū rabie: sed ceritis a cere oppido. Vn̄ et tabule cerites dicūtur. Hora. Quid deceat qđ nō oblite cerite cera. A cerere aūt oppido fit ceretanus quo vtit Oly. et pducit penultimā. Itaqꝫ ibi inquit Virg. Est ingēs gelidū luc⁹ ppe ceritis amnem. Malo egco ceretis adiectiuū esse q̄ꝫ gtm in quo tenor et littera sit mutata. vt Prisciano placet. Quidā in his verbis aspirationē ex quo nata fuere obolitā addi volūt. Itē supina et pticipia et verbalia venientia a verbis quarte cōiugationis: vel a tertie habētibus preteritū vi vel in si et supinū in itum: vt auditū cupitum: petitū lacessitum: accersitū ꝛ ab eis nata: vt dormito. Sed iblanditie ꝛne

De O in mediis syllabis.

quitis corripiũt ꝑter cõposita cũ supinis correptis: vt aditũ nequitũ. Demito vero abitũ et ambitus pticipiũ. Ouidius. Jussit et ambite circunndare littora terre. Sed ambitus nomẽ corripitur. Excipit et cocytus catamitus aconitũ hermophroditus corithus propharetra berytus vrbs et obliqui nti in is ꝓducta: vt quiris quiritis ꝛ valitudo qđ duas breues in vnã lõgam cõtraxit pro validitudo. Jn tus terminata a deponẽtibus cõmunibusqꝫ deducta ꝓducũt vt mẽtitus ꝑter tuitus. Composita sequũtur simplicia. vt oblit⁹ ab obliuiscor et oblinor: Est aũt ambiguũ an amitos qđ est filũ vt heramit⁹ et a mytos qđ est fabula: vt prolimythus ꝓducãt. Nouitius qđ a nouitate fit Juuena. cõtra regulã produxit ductus accentu. Jrrito anceps habet deducit ei a ratũ ꝛ a rit⁹ vulgat qꝫ ille ꝟsus Jrritat euacuat dũ irritat ꝓuoca t hostẽ

Jtrahit u: niniue cum symbriuio breuiatur

I ante u producitur: vt saliua: demitur niniue et symbriuius fluuius. — I ante u.

OB super rapitur: crescentia longa probentur
Octoberqꝫ simul superaddi vult iacobus

O ante b corripitur vt aristobolus orobus. Tolle ambobus duobus october ꝛ iacobus qđ quadrisyllabũ est. Claudianus. Ne laberes ꝟsus dux iacobe meos. — O ante b.

vt apocape syncope.

Oc corripitur: fors nata cope retrahantur
Ox ocis signes sed capadoces breuiemus
Precocis interdum ceu precoqua notitandum

vt suffoco prefoco

Norimus a foco producta patrociniumqꝫ

O ante c corripitur vt apoca. Excipe apocape et si natura corripitur et obliquos a nominatiuis natura productis: vt atrox atrocis preter capadocis capadocia precoquus et precocis. Martialis Uilia maternis fueramus ꝑcoqua ramis. Calphurprecocibus surrepte persica prunis. Suffoco et prefoco producunt vt apud Ouidiũ in ibin. Suffocent animam dira venena tuam. — O ante c.

O d super rapitur: sed erodio erodius aufer
Jungitur herodes custos cum prole et orodes

vt gerodes capnodes pyrhodes.

tu pro lege statuere et ab ijs qui artem ignorauere alijs exempla proferre? Omnis
syllaba si nescis: aut ratione aut vsu deprehenditur. Ratio autē ex litteratura: aut
accentu et iudicio aurium. aut ethymologia: aut proportione colligitur. Usus do=
ctorū probatorūꝗ esse debet. Qui si est: nonne maioris authoritatis ꝙ ipsa ratio?
aut certe paris existet? Nescis vir bone nescis eandem esse rationem in syllabis: et
in verbis. Uerbis quidem vsitatis: et vt notis nummis vti debemus: in quibus ex=
cipiendis et dandis nulla dissensio oriatur. Cur igitur in ijs que ego vsu produci aut
corripi trado: tu aut greca aut latina ratione quam nec maiores nec nos ignoram⁹
oppugnas. Si ergo rationi innitor: cur tu vsum presertim improbatorū authorum
obijcis? Nam si probatorum laudo diligentiā tuam. Sed vere accusare non potes
Ne igitur calūniatorū morem improbum imitemur: conueniat tandem nobiscum
vel vsum vel rationem vel vtrumꝗ sequendū esse dicamus. Ego malo doctorū vsū
cum quo si conueniret ratio perplacet. Si minus maiorem sequar authoritatē: tu
authorum portentis contra doctos audes obstrepere: tu petrum rigam oībus lati
nis poetis in aratrum opponere in quo verbo si rationem sequeris grecā aratrum
penultima correpta enunciabitur. Uis aratrum Nestor non vis (quo dignus) ara=
trum. Esse arator qui vis verus arator eris. Quid dicam de obijcio reijcio et cete=
ris a iacio. Quid de elegia: et iam multis in quibus sunt diuerse non tamen impro=

bande sententie: de quibus omnibus q̄ hic dicenda essent suis in locis diximus. Sed sequendus est inqua vsus. Quid de iumento: quod Lactantio et Columella authoribus a iuuando deduci asserui. Quid de nemore in quo ego incertum authorem cuius carmina afferebam taxaueram. Et quis inscij quidam mea illa esse suspicabantur: e libro nostro deleui in quo firmaui loca omnia de quibus vos canes rixamini: et ob latratis: sed vsum semper sequendum precipio. Quid in liqui preterito cuius prunam vis esse communem. Falso Vergiliū citas atq; deprauas: nullibi est apud illum Nāq; suā in patria liquerat tellure sepultem: quādo tu supinasti vt tuo verbo vtar hunc versum cū apud eum sit. Nāq; suā in patria antiqua cinis ater habebat. Quid dixerim quoties Lucretiū Statiu Ouidiū et ipsum Maronē corrūpas. vt tuas improbandas opinione corrobores: quis te furor. que te detrahit amentia? Quid de calone apud Ouidiū. apud quē est colonos? Quid de femore in verg. x. vbi scribit femine Quid de alia fluuio apud Lucanū? apud quē est. Quas asine cautes non quas alie ciades: nō quas asie cautes bis enim eundē locum ad exempla diuersa corrumpis. Quid de hedulis apud Matulum? Quid de repens apud Ouidiū? De simo apud Papiniū? Quid de molo apud Vergiliū quando erit dicendi finis si omnia ꝯmemorare aut rimari voluero. Quid de ceteris in quibus vel ignorantiā vel tuā cauillationē nudas. Torcular producit accentu qui quando que attrahit ad se syllabam. Sed ratione proportionis vt torculum quidam corripuere. De ioco eremo epodo onate muliere scrypylo: que blacteras suis diximus locis: et tritum vsum obseruādum edicimus. Quidam plura. Fateantur tandē inuidi nostri vere ꝛ diligēter nos omnia precepisse: coegisseq; plura et meliora q̄ vllus qui hactenus de syllabis scripserit. Nam me ante eos scripsisse inficiari non possunt: plenāq; et absolutā suis numeris nostram esse artem: repressa inuidia predicent. Quod si nolunt vel nouā: vel veterem nostra meliorem ostendant. Valeat ergo cum suis sectatoribus nestor: qui vt ad legendum octauum librum a me lectorem auerteret: sexcentas dictiones: numerose mentitus me non obseruasse proclamat. O nouum circulatorem oblacteronē egregium: quis fidem tam lutulento homini adhibebit: quis a malo libro sordibus et ineptis squalenti sibi non precauebit.

¶ De octauo illius loquor. Nam alios qui ex eadem officina emanarunt vix equidē vt olidos attigi. Sed illud mihi gaudendū q̄ dum aduersarij mei oppugnandi mei studio illū sectātur: tū per se tū illius ductu p̄cipites corruunt quare nō dubito eū vel ab illis et vnoq;q; q̄ nasū habet vel lectiōe et fide īdignū reiectū cōsputūq; iri

¶ Hec rapti ne penit⁹ sine respōsō cōtentiosū hoīem īdignū refutatione dimitterē.

¶ Finis.

¶ Prior impressor.

¶ Adolescens nihil tibi iam ad latinā musicā: hoc est ad rectam pronunciationem deest. Habes de syllabarum quātitate opus exactissimum. Habes de pedibus ꝛ de generibus carminū. Habes ex Seruij excerpta cētunetro: ipsamq; epytomen. Superest vt ijs inuigiles et diligenter incumbas. quod si egeris os tuū stribiligine nō fedabis: et carmen compones elegantissimum.

¶ Ascensius.

¶ Ut vero vitiosas dicendi figuras vitare: et honestas complecti noris: addamus Donati et mancineli de figuris aurea opuscula. Utq; recte scribere scias nō pretermittamus de ortographia preceptiunculas.

¶ Barbariem quicunq; cupis vitare loquendo.
Donati hoc lecto codice doctus eris.

Barbarismus

Barbarismus est vna pars orationis vitiosa in cōmuni sermone in poemate vero metaplasmus. Item Barbarismus in nostra loquela in peregrina barbara lexis dicitur: vt si quis dicat mastruca cateia: magalia acynacis. Barbarismus aūt fit [illegible] modis scripto et pronūciatione. His bipertijs quattuor species supponuntur [illegible] additio detractio immutatio: transmutatio littere: syllabe: temporis toni aspirationis per additionē littere fiunt barbarismi: vt relliquias danaum cum relliquias per vnum l dicere debeamus. Syllabe vt nos abiisse rati Tēporis: vt italiā fato cum Italiam correpta prima syllaba dicere debeamus. Per detractionem littere: vt infantibu paruis pro infantibus. Syllabe: vt salmentum pro salsamentum Temporis vt vnius obnoxam correpte pro vnius producte. Per immutationē littere: vt olli pro illi. Syllabe vt pernuces pro pernicies. Temporis: vt feruere lenēq;

Donati de figuris Opusculum.

tem cum feruere sit secunde coniugationis et producte dici debeat. Per transmu-
tationem littere: vt euādre pro euander. Syllabe vt displicina pro disciplina. Tem
poris: vt si quis deos producta priori syllaba et correpta posteriori pronunciet. To
ni quoq; similiter per has quattuor species commutantur: nam ipsi adijciuntur: de
trahuntur: mutantur et transmutantur. Quorū exempla vltro se offerunt si quis in
quirat. Totidē etiam modis per aspirationē deprehenditur barbarismus. quā qui
dem scripto quidam pronunciatione iudicant ascribendā propter h quam alij litte
ram: alij aspirationis notā deputant. Fiunt autem barbarismi per hyatus et colli-
siones. Sunt etiam male compositionis vt Cacosyntheton que vitia nonnulli bar-
barismum esse putant. In quibus sunt metacismi labdacismi iotacismi: hyatus col
lisiones: et omnia que plus equo minus ve sonantis ab eruditia authoribus respu
untur. Nos cauēda hec oīa vitia prelocuti cōtrouersiā de noīe ptinacib⁹ reliquam⁹

¶ De solecismo vitio artis grāmatice.

SOlecismus est vitium in contextu partium orationis contra regulā artis grā-
matice factum. Inter solecismū et barbarismū hoc interest: q̄ solecismus dis-
crepantes aut incōsequentes inter se dictiones habet. Barbarismus aūt in singu-
lis verbis fit vel scriptis vel pronūciantis: q̄propter multi errant qui putant etiā in vna
parte orationis fieri solecismū: si aut demōstrātes virū hanc aut feminā hunc dica-
mus. Aut interroganti quo pergamus: respōdeamus Rome. Aut vnum salutātes
saluete dicamus: cū vtiq; precedēs demōstratio vel interrogatio vel salutatio vim
contexte orationis obtineat. Multi etiam dubitauerūt quadriga scopa solecismus
an barbarismus esset vt ex ipsius vitij diffinitione possit agnosci facile. Solecismus
fit dnobus modis: aut per partes orationis: aut per accidētia partium orōnis. Per
partes orōnis fit cum vna pars pro alia ponitur: vt Toruūq; repēte clamat pro tor
ue: nomē pro aduerbio ponitur. Fit in eadem parte orationis hoc vitiū: cū ipsa pro
se nō in suo loco neq; vt cōuenit ponitur: vt cui tantū de se licuit: pro in te. Et eo apd
amicū pro ad amicū: et intro sum pro intus: et foris pro eo foras. Per accidētia par
tiū orationis fiūt tot modis solecismi qd sunt accidentia partiū orationis. Sed in
his propter cōpendiū exēpli causa pauca mōstrabimus nā per qualitates nominū
fiunt solecismi vt hauriat hūc oculis ignē crudelis ab alto. Dardanus pro dardani
us ꝓpriū pro appellatiuo posuit. Per genera: vt validi silices pro valide: et amare
corticis pro amari et collus collaria caret. Per numeros: vt pars in frustra secāt ꝓ
secat. Per cōparationē vt respōdit. Iuno saturnia sancta deaꝝ: pro sanctissima. Per
casus: vt vrbē quā statuo vestra est: pro vrbs. Per modos verborū vt Itis paratis
arma: pro ite parate arma. indicatiuū pro iperatiuo posuit. Per significatiōes ver-
borū: vt expoliātur eos et corpora nuda reliquūt: pro expoliant. Per tpa: vt cecidit
q; superbū. Iliū et oīs humo fumat neptunia troia: pro fumauit. Per personas: vt
danai qui parēt q̄ primū arma sumite: pro qui paretis. Per aduerbia: vt intus eo:
pro intro. et italia venio pro de italia. et ad Roma vado pro Romā: cū ꝑpositio sepa
ratim noībus addēda est non aduerbio. Per ꝑpositiones cū vna pro alia ꝑponitur:
vt sub lucē ibāt: pro ante lucē. Aut necessario subtrahitur: vt siluis te tyrrhene feras
agitare putasti: pro in siluis. Per cōiūctiones: vt subiectisq; verere flammis pro ve.
Fit per ordinem cōiūctionū: vt aūt fieri nō debet: cū dicendū sit fieri aūt nō debet.
Fiunt preterea solecismi pluribus modis quos reprehendendo potius q̄ imitando
possumus annotare. Solecismus est in prosa. In poemate schema dicitur.

¶ Sequitur de decem vitijs.

CUm barbarismo ꝛ solecismo decem vitia nominantur hoc modo. Acyrologia
cacephaton. pleonasmos. parisologia. macrologia. tantologia. eclypsis. tapi-
nosis. cacosyntheton. amphibologia. Acyrologia est impropria dictionis positio. vt
hunc ego si potui tātum sperare dolorem: pro timere. Cacephaton est obscena pro
nunciatio vel in cōposita dictione vel in vno verbo: vt numerum cū manibus equat
et arrige aures Pamphile. Pleonasmos est adiectio superuacua ad plenam signifi
cationem: vt sic ore locuta est. Perisologia est adiectio verborum superuacua sine
vlla vi rerum: vt ibant qua poterant: qua non poterant non ibant. Macrologia est
longa sententia res non necessarias comprehendens vt legati impetrata pace re-
tro vnde venerunt reuersi sunt. Tantologia est eiusdem dictionis repetitio vitiosa
vt egomet ipse venio. Eclypsis est defectus quidā necessarie dictionis quam deside
rat precisa sentētia: vt hec secū. deest loquebatur. Tapinosis est hūilitas magne rei

Solecismus.

De decem vitiis sequitur.
Acyrologia.
Cacephaton
pleonasmos
perisologia
macrologia
tatologia.
eclypsis
tapinosis
cacosyntheton.
Amphibologia

non id agente sententia quod demonstrat vt penitusq; cauernas ingentes: vtrunq; armato milite cōplent: id est multe legiones armatorū militū implerūt multas cauernas. Et dulychias vexasse rates et pelide stomachum cedere nescij. Cacosyntheton est vitiosa dictionū compositio: vt versaq; iuuencū terga fatigamus hasta. Amphibologia est ambiguitas dictionis que fit per accusatiuum: vt si quis dicat audio secutorem retiariū occidisse. aut per verbum vt criminatur. Cato Uadatur Tulliꝰ nec addatur quem vel a quo. Aut per participium vt video statuā aureā hastā tenentem. Fit etiam per omonyma: vt si quis dicat aciem nec reddat oculorū aut exercitus aut ferri. Fit preterea pluribus modis quos recensere omnes ne nimis lōgum esset non oportet.

Metaplasmus.

prosthesis. Epenthesis. paragoge. Apheresis. Sincopa. Apocape. Ectasis. Sistole. dieresis. Sineresis. Synalephe. Ecthlipsis. Antithesis. Methathesis.

Metaplasmus est transformatio quedam recti solitiq; sermonis in alteram speciem metri ornatus necessitatis ve causa. Huius autem species quatuordeci. Prosthesis. epenthesis. paragoge. apheresis. syncopa. apocopa. ectasis. systole. dieresis. synerésis. ecthlipsis. āntithesis. ¶ Prosthesis ē appositio q̄dā ad pricipiū dictionis littere vel syllabe: vt gnate pro nate. retulit pro tulit. ¶ Epenthesis est appositio quedā ad mediā dictionē littere vel syllabe: vt relliquias pro reliquias: induperator pro imperator. Hanc autem alij epenthesim. alij parenthesim vocāt. ¶ Paragoge est appositio quedam ad finem dictionis littere vel syllabe: vt magis pro mage. poster̄ pro potest. Hanc alij paralepsim: alij prolepsim id est presumptionē vocāt ¶ Apheresis est ablatio de principio dictionis littere vel syllabe contraria prothesi: vt mitte pro dimitte. et temno pro cōtemno. ¶ Syncopa est ablatio de media dictione littere vel syllabe contraria epenthesi: vt audacter pro audaciter: et commorat pro commouerat. ¶ Apocape est ablatio de fine dictionis littere vel syllabe cōtraria paragoge: vt achilli pro achillis: et possis pro positis: et potes pro potestis. et mutu pro mutuo. ¶ Ectasis est extensio syllabe contra naturam verbi. vt Italiam fato profugus. quum Italiam prima syllaba correpta dicere debeamus. ¶ Sistole est correptio syllabe contra naturam verbi facta contraria ectasi. vt aquosus orion pro orion producte. ¶ Dieresis est diuisio vnius syllabe in duas: vt olli respōdit rex albai longai pro albe longe. Et aulai in medio libabant pocula bachi: pro aule. Et diues pictai vestis et auri: pro picte. ¶ Synneresis est conglutinatio duarum syllabarū in vnam contraria dieresi: vt pheton pro phaeton. eripedem pro aeripedem. ¶ Synalephe est per interpretationem concurrentium iter se vocaliū lubrica quedam leniso; collisio: vt atq; ea diuersa penitus dum parte geruntur. Hec a quibusdā synerésis vel collisio nuncupatur. ¶ Echlipsis est consonantiū cū vocalibus aspere concurrentibus difficilis ac ardua collisio: vt littora multū ille et terris iactatus et alto. ¶ Anthithesis est littere pro littera positio: vt olli subridens pro illi. ¶ Metathesis est transformatio litterarū in alio loco: nulla tamen littera ex ea dictione sublata: vt euandre pro euander: et tymbre pro timber.

Schemata.

prolepsis. Zeugma. hypozeuxis. Syllepsis.

Schemata lexios et dianeas sunt quedam figure verborum et sententiarum. sed schemata dianeas ad oratores pertinent: ad grāmaticos vero lexios Que cum multa sint ex omnibꝰ fere sunt necessarie. x. vi. s. prolepsis zeugma hipozeuxis syllepsis anadiplosis anadphora epanalepsis epizeusis paranomasia schesionomatom paranomeon emeoteleuton polyptoton hyrmos polysyntheton: dialyton. ¶ Prolepsis est presumptio rerum ordine secutarū: vt Interea reges ingenti mole. Latinus procedunt castris.. Turnus. deinde Eneas. ¶ Zeugma est vnius verbi conclusio diuersis clausulis apte coniuncta: vt Troiugena interpres diuū quin numina phebi qui tripodas clarij lauros qui sydera sētis. ¶ Hypozeuxis est figura superiori contraria vbi diuersa verba singulis clausulis redduntur vt regem adijt: regi memorat. nomenq; genusq;. ¶ Syllepsis est diuersarum clausularū per vnū verbum conglutinata conceptio: vt hic illius arma: hic currus fuit: hoc schema late patet et fieri solet non per partes orationis sed per accidentia partium orationis. Itē syllepsis est in dissimilibus clausulis: quando dictio singularis verbo plurali adiungitur. vt sunt nobis mitia poma: castanee molles et pressi copia lactis.

Anadiplosis. Anaphora. Epanalepsis.

¶ Anadiplosis est geminatio dictionis que est vltimo loco precedentis versus et pricipio seq̄tis iteratur vt sequitur Pulcherrimꝰ Astur. Astur equo fidens ¶ Anaphora est relatio eiusdem verbi per participium plurimorum versuum: vt nate mea vires: mea magna potentis solus. Nate patris summi qui tela typhoea temnis. ¶ Epanalepsis est verbi in principio versus in eiusdem fine repetitio. vt multa super priamo ro=

gitans super hectore multa. Ante etiam sceptrum dictei regis et ante. ¶ Epizeuxis est eiusdem verbi in eodem versu sine aliqua dilatione geminatio: vt me me adsum qui feci in me conuertite ferrum. ¶ Paranomasia est veluti quedam denominatio: vel quotiens aliud nomen efficitur de alio: vt nam ista inceptio est amentium haud amantum. ¶ Schesisonomaton est multitudo nominum coniunctorum eodem habitu copulandi: vt marsa manus/peligna cohors/festina virum vis. ¶ Paromeon est quando ab eisdem litteris diuersa nomina sumuntur: vt O tite tute tate tibi tanta tyranne tulisti. ¶ Homeoteleuton est cum simili modo dictiones plurime finiuntur: vt eos reduci ꝙ relinqui/deuehi ꝙ deseri malui. ¶ Homeoptoton est cum in similes casus exeunt diuersa verba: vt merētes flentes lachrymantes commitantes. ¶ Polyptoton est multitudo casuū varietate distincta: vt littora littoribus contraria fluctibus vndas. Imprecor arma armis pugnent ipsiꝗ nepotes. ¶ Hirmos est series orationis continue tenorem suum vsꝗ ad vltimū seruans: vt principio celum ac terras composꝗ linquentes. ¶ Polysyntheton est dictio multis nexa coniunctionibus: vt athamasꝗ thoasꝗ pelidesꝗ neoptolemus: primusꝗ machaon. ¶ Dyalyton siue asyntheton est figura contraria superiori carens coniūctionibus: vt Ite ferte citi flammas date tela: impellite remos.

Tropus est dictio translata a propria significatione ad impropriam similitudinem ornatus necessitatis ve causa. Sunt autem duodecim. Metaphora/catacresis/metalepsis/metonymia/antonomasia/epitheton/synecdoche/onomatopeia peryphrasis/hyperbaton/hyperbole/allegoria. ¶ Metaphora est rerum verborūꝗ translatio. Hec fit quattuor modis. Ab animali ad animale/ab inanimali ad inanimale/ab inanimali ad animale/ab animali ad inanimale. Ab animali ad animale: vt Tiphin aurigam celeres fecere carine: nam auriga et gubernator nauis animam habent. Ab inanimali ad inanimale: vt pelagus tenuere rates: nam rates animam non habēt neꝗ pelagus. Ab inanimali ad animale: vt Atlantis cinctum assidue cui nubibus atris. Pinniferum caput et vento pulsatur et imbri. nam mōs animam nō habet cui membra hominis attribuuntur. Ab animali ad inanimale: vt Si tantum pectore robur concipis. nam robur animam non habet: cum turnus cui hec dicūtur animam habeat. Scire debemus alias metaphoras esse reciprocas/alias autem esse partes vnius. Reciprocas: vt altum mare et profundum celum. Possumus enim conuertere altum celum et profundum mare. Herbe florent: iuuenes pubent. Possumus enim conuertere herbe pubent: iuuenes florent. Alias partis vnius: vt Segetes fluctuant vites germinant. ¶ Catachresis est vsurpatio nominis alieni: vt parricidam dicimus qui occidit fratrem: et piscinam que pisces non habet. hec vbi extrinsecus sumerent suum vocabulum non habent. ¶ Metalapsis est dictio pergens gradatim ad id quod ostendit: vt speluncis abdidit atris hoc metuens. Et post aliquot mea regna vidēs mirabor aristas. ¶ Metonymia est dictionis quedā veluti transmutatio. Huius autem multe sunt species. Aut per id quod continet id quod continetur ostendit: vt nunc pateras libate Ioui: aut contra. Crateres magnos statuūt et vina coronant. Aut pro inuentore quod inuentum est. Ut sine cerere et baccho friget venus. Aut contra. Uinumꝗ precamur: nam hic deus adest presens. Hec exempli causa posita addiscentibus sunt. reliqua demonstrabit lectio. ¶ Antonomasia est signatio vice nominis posita: que fit tribus modis. Ab animo/a corpore/extrinsecus Ab animo: vt magnanim⁹/anchisiades. A corpore: vt ipse arduus poliphemus. Extrinsecus: vt infelix puer atꝗ impar congressus achilli. ¶ Epitheton est suppositio dictionis cū proprio nomine: nam antonomasia vicē nois sustinet. Epitheton nunꝗ est sine proprio nomine: vt dira Celeno ⁊ dīua camilla. Fit etiam tribus modis. Ab animo/a corpore/extrinsecus his duobus tropis vel vituperamus vel ostendimus vel laudamus. ¶ Sinecdoche est signatio pleni intellectus capax cum plus minus ve pronunciatur. Aut enim a parte totum ostendit: vt pubesꝗ tue pubesꝗ tuorum/aut contra partē a toto: vt ipsius ante oculos ingens a vertice pontus in pupim ferit. Et alibi fontemꝗ ignemꝗ ferebant. Meminisse autē debemus quando fit a parte totum faciendum esse ab insigniori parte. ¶ Onamotopeia est nomen de sono factum: vt clamorꝗ virum clangorꝗ tubarum: tinnitus eris. Atꝗ leuem stipulam crepitantibus vrere flammis. ¶ Periphrasis est circumlocutio quedam que fit aut ornande rei causa: que pulchra est: aut uitā de que turpis: vt Et iam prima nouo spergebat lumine terras. Titoni croceū linquens aurora cubile. Et hoc faciunt nimio

lurii ne obtusior vsus sit genitali arno et sulcos oblimet inertes. ¶ Hyperbaton est transcensio quedam verborum ordinē perturbans. Cuius species sunt quinq;. histerologia siue histeron proteron/anastrophe/parenthesis/sinthesis/tmesis/histerologia siue histeron proteron est sententie cum verbis ordo mutatus: vt te torrere parant flammis et frangere saxo. ¶ Anastrophe est verbo tantū ordo preposterus: vt italiam contra pro contra italiam. ¶ Parētesis interposita formatio diuerse sententie: vt eneas/neq; enim patrius consistere mentem passus amor/rapidum ad naues premittit achatē. ¶ Tmesis est vnius compositi vel simplicis sectio vna dictione vel pluribus interiectis: vt septē subiecta trioni: ⁊ saxo cere cōminuit brum: ⁊ massili portant ad littora tanas: pro cerebrū ⁊ massilitanas. ¶ Syntesis est hyperbaton obscurū ⁊ ex omni parte confusum: vt Tris notus abreptas in saxa latentia torquet Saxa vocāt Itali mediis que in fluctibus aras. Est autē hic ordo. Tris naues abreptas notus torquet in saxa que saxa in mediis fluctibus latentia Itali vocant aras. ¶ Hyperbole est dictio fidem excedens augendi minui ve causa augēdi: vt niue candidior minuendi: vt tardior testudine. ¶ Allegoria est tropus quo aliud significatur aliud dicitur: vt iam tempus equum fumantia soluere colla. hoc est carmen finire huiusmodi species multe sunt: ex quibus septem eminent hironia/antiphrasis/enigma/charientismos/paronomia/sarcosmos/asteismos. ¶ Hironia est tropus qui per contrarium conatur ostendere quod dicit: vt Egregiam vero laudem et spolia ampla refertis Tuq; puerq; tuus. hec nisi grauitas pronunciantis adiuuerit confiteri videbitur quod negare intēdit. ¶ Antiphrasis est vnius verbi hironia: vt bellum q; minime bellum est: et lucus quod minime lucet. ¶ Enigma est obscura sententia per obscuram similitudinem rerū: vt mater me genuit eadem mox gignitur ex me significat enim aquam in niuem conuerti: et ex eadem rursus effluere. ¶ Charientismos est quo dura dictu gratius proferūtur: vt interrogantibus nobis Nūquis nos quesierit responsum detur bona fortuna ex inde intelligitur neminem nos quesisse. ¶ Paronomia est accommodatum rebus temporibusq; prouerbiū: vt aduersus stimulū calces: et lupus est in fabula. ¶ Sarcosmos est plena odio atq; hostilis derisio vt en agros: et quā bello troiano petisti hesperiā metire iacens. ¶ Asteismos est tropus multiplex numero seq; virtutis. Nam Asteismos est quicquid rustica simplicitate caret et faceta satis vrbanitate exprimitur: vt qui bauiū non odit amet tua carmina meui. Atq; idem iungat vulpes et mulgeat hircos. ¶ homeosis est minus note rei per similitudinē eius que magis nota est demōstratio. huius autem tres sunt species. hicon/parabola/paradigma. ¶ hicon est personarum inter se vel eorū que personis accidunt comparatio: vt Os humerosq; deo similis. Parabola vero est rerum generum dissimilium comparatio: vt qualis mugitus fugit cum saucius aram. Taurus et incertam excussit ceruice securim. ¶ Paradigma est exempli hortantis: vel deterrentis enarratio. hortantis: vt Antenor potuit mediis elapsus achiuis. Illiricos penetrare sinus: atq; ⁊c̄. Deterrentis: vt at non sic phrygius penetrat lacedemona pastor. Ledeamq; helenam troianas vexit ad vrbes.

¶ Finis.

¶ Finis tabule.

¶ Carmen de figuris per Antonium Mancinellum Ueliternum: summa diligentia editum. T.i.

Figura sicut nomine ipso patet est confirmatio quedam remoti a communi et primum se offerente ratione. Uel figura est arte aliqua nouata forma dicendi ita Fab. lib. ix. Ea quidem vera et commoda est figure diffinitio quam ex Fabio primus in lucem dedi. Alij enim quid dixerint passim videre licet. ij.

Barbara scribendo fit siue loquendo figura:
Una in voce: aliquid more insueto superaddens
Demens aut mutans: sed trasmutans vti mauors
Pro mars: et fates pro fantes. asueuio pro
Aduenio. fors tymbre leges pro tymber: eritque
Accentu veluti dicendo domina eodemque.

¶ Barbarismus est vt Diomedes ait: cōtra romani sermonis legem aut scripta aut pronunciata viciosa dictio. Fit enim in vna parte orationis tantum. Sed id vitium in soluta oratione nomē suum obtinet. dicitur enim barbarismus. i. dissonās apud poetas vero metaplasmus vocat. i. trāsmutatio Quintilianus itē lib. primo docet Barbarismū esse vnius verbi vitiū. Barbarismus in latina dictione fit. barbaralexis tota peregrina est dictio et gaza: magalia. Barbarismus fit duobus modis scripto et pronunciatione: et hoc quadrifariā. Adiectione/detractione/mutatione/transmutatione littere syllabe et temporis. Adiectione littere fit barbarismus: vt relliquias danaum pro reliquias. Syllabe: vt mauors pro mars. tetuli pro tuli. alituū pro alitū. Temporis vt italiā fato profugus lauinaque venit: vbi prima syllaba cū corripi debeat producitur Detractione littere fit barbarismus: vt infantibu pro infantibus. Syllabe: vt salmētum pro salsamentum. Temporis: vt Uergi. eneid. Feruere leucatem euroque effulgere fluctus. Mutatione littere fit barbarismus: vt olli pro illi/asueuio pro aduenio. Syllabe: vt perinceps pro pernices. Tempore: vt fernere leucatem vnius obnoxā. Transmutatione littere fit barbarismus: vt lerigio pro religio/tymbre pro tymber Temporis: vt latria penultima correpta: et domina dominus. produ. penul. ¶ Ascen. ¶ Reperitur quidē tymbre in vocatiuo: vt apud Maronē. Et tibi tymbre caput euādrius abstulit ensis. sed non pro tymber authore Seruio: quia que grece in ros exeunt apud nos exeunt bifariam: aut in er vnde vocatiuus similis est nominatiuo: aut in rus vnde vocatiuus fit in e: vt ab euādros fit euander et euandrus. a tymbros tymber et tymbrus. a teucros teucer et teucrus. &c. In primo autē versu Mācinelli vim fit barbarismus scribendo siue loquendo: est barbarismus: quia propter metrū necesse est adijcere cum barbarus secundam corripiat: qua licētia quia vti nolui totum textū mutaui. vnde dices barbara figura. i. barbarismus: non barbaralexis. dico superaddens aut demens more insueto: quia aliter non esset figura: vt sinisterior pro sinistrior: iunior pro iuuenior: sine figura dicitur: sicut et apello pro appello: et meridies pro medidies: quia talis additio subtractio: et mutatio consueta est et approbata: licet autē consuetum sit accidia per geminū c scribere barbarismus tamen fit: quia contra naturam et artem est. Accentu fit dicendo domina penultima longa: vt fere fit in ecclesiastica lectione: et contra paraclitus penultima breui: sicut et docti ponunt eadem penultima breui cū sit longa: vt Maro Uno eodemque igni. &c. Philosophia autem solet accentum predominantem habere in penultima cum tamen sit breuis sicut et in sophia: quo circa peccat versiculus ille nisi christus vera sophia. Latria autem grece diphthongon habet in penultima: et ideo longa est. iij.

Atque solecismus bisseptem quippe modis fit
Mutando genus aut casum vel significata
Uerborum mutando simul tempus numerumque
Personam atque modos aduerbia prepositiuas

Vertitur accentus coniunctio vel gradus ordo
Dumq; negas geminando nihil nusq̄ simulaui

¶Solecismus est inconueniens romano sermoni iunctura verborum: cōtra regulam artis grāmatice posita. latine a quibusdā stribiligo appellatur. Solecism⁹ autem est in prosa in poemate schema dicitur. i. figura sine cultus. De solecismo Gellius etiam lib. v. meminit. et Quintilianus libro primo. Solecismus fit modis generalibus quattuordecim. Immutatione generū tam nominis q̄ pronois casuū numerorum personarū temporū. per qualitates vel significationes verborū. per modos aduerbia per prepositiones: per gradus: per coniūctiones: per geminationem abnuendi: per accentus: per ordinis immutationē. In mutatione generū nois fit. Solecismus dicendo purpurea narcissus. atra silex. pro purpureus narcissus ⁊ ater silex: et quis mulier pro que mulier. Immutatione casuum dicendo vrbem quā statuo vestra est pro vrbs. Immutatione numerorū vt pars in frustra secant pro secat Immutatione personarū: vt danai qui parent atridis q̄ primū arma sumite pro q̄ paretis. Immutatione temporū. vt fumat neptunia troia: pro fumauit. nec veni nisi fata locum sedemq; dedissent: pro nec venissem. Per qualitates vel significatiōes verborū vt expoliantur eos et corpora nuda relinquunt et placidā paci nutritor oliuā. fecit enim cōmune verbum nutrior ab eo qđ erat actiuū nutrio. Per modos verborum: vt At rutulo regi ducibusq; ea mira videri. Ausonijs pro videbantur. Per aduerbia localia vt intus eo: intro sum pro intus sum: eo intro. Per prepositiones: vt rapuitq; in fomite flammam pro ad fomitem: et sublucem ibāt: pro ante lucem. Per grad⁹ vt bonus aut melior oīm pro optimus vel ecōuerso. Per cōiūctiones: vt subiectisq; vrere flāmis pro ve. Per geminationē abnuēdi: vt nihil nūq; peccaui: cū debeat dici nūq; vel nihil vnq; peccaui. Per accētus vt si q̄s ꝓnūciaret sine accentu in fine pone falso. vna q̄ quidē differentie causa in vltimo accētū hn̄t. vt Priscianus admonuit. Per ordinis immutationē vt aūt fieri non debet. Sūt q̄ putent ait Diomedes Solecismū esse si demōstrātes virū hāc dicam⁹ aut feminā hūc. Aut interrogāti quo pergam⁹ respōdeat Rome. aut vnū salutātes: saluete dicam⁹. Cū vtiq; ꝑcedēs demōstratio: interrogatio vel salutatio videlicet concepte orōnis cōtineat Multi etiā dubitarūt quadriga scala scopa: Solecismus an Barbarismus esset Cū s. id genus orōnis Barbarismus esse ipsius vitij diffinitione possit agnosci. iiij.

¶Vitia orationis generalis sunt tria. vt Diomedes scribit Obscurum mordi natū Barbarū. Obscuritatis species sūt octo. Arcyrologia pleonasmos perissologia amphibologia tantologia eclipsis enigma macrologia. Inordinate orationis species sunt. Tapinosis. Cacephaton. Cacosyntheton. Barbare orationis partes sunt due Solecismus et Barbarismus quorum species sunt plurime. v.

Improprius sermo dicetur acyrologa
Sic dices requiem timeo vel spero laborem

¶Arcyrologia dicitur impropria lucutio ex acyros quod est impropria et logia locutio: requiem timeo pro spero: spero laborem pro timeo. Nam speramus bona: timemus aduersa. dido tn̄ dicit. enei. iiij. Hunc ego si potui tantum sperare dolorē ⁊c̄ Arcyrologia est dictio minus cōuenienter electa Uel non proprijs dictionibus obscurata sententia vt accede ad ignem hunc iam calesces plus satis ibi enim nullus significat ignis sed meretrix: q̄propter adiecit hūc q̄si. d. nō verū ſʒ talē vt vides. vi.

Quippe superuacue debet dici pleonasmus
Addicio vocis: ceu sic est ore locuta

¶Pleonasmos dici potest a nr̄is superabundantia pleonazo aut plusq; oportet facio vel dictis superabundans pleonasmus vt in nono. Fabius edocet est abundans sup necessitatem oratio sicut illa vidi oculis ante ipse meis i illo ei vidi in est ipe. Dicit etiā gemiatio ⁊ repetitio et q̄liscūq; adiectio pleonasmos videri potest. vij.

Additio vocum est dicenda perissologia
Exuperans sine vi rerum que significantur

Qua poterant ibant: sed non qua non potuerũt

¶ Perissologia dici potest superflua locutio. nã perissos est superflua et logia locu-
tio vt viuat augustus et nõ moriatur: dũmodo nõ sit aliud viuere q̃ nõ mori. Et ibi
Ibãt qua poterant sed nõ qua non potuerũt. hic eni excepto ibant oia superuacua
sunt. To aũt perisseuma. a tos abundantia dicitur a perisseuo abũdo supero. viij.

Si sermo fuerit longe prolixior equo
Macrologia quidem nobis dicetur inesse

¶ Macrologia ex macros quod est longus: et logia sermo quasi longus sermo q̃ se-
pe res non necessarias cõprehẽdit. vt apõ Liuiũ teste Fabio in viij. legati nõ impe-
trata pace retro domũ vnde venerãt abierunt et apud poetã. Postera lux summo
spargebat lumine terras. Orta dies cũ primũ alto se gurgite tollunt. Solis equi lu-
cem q̃ elatis naribus efflant. Cum sit satis dixisse orto sole. ix.

Ambiguum dictum dicas amphibologiam
Aio te eacida romanos vincere posse

¶ Amphibologia cõponitur ex amphi quod est vndiq̃ et logia que est sermocina-
tio. Amphibologia vero dicitur ambiguitas: amphibolos ambiguus. Amphibolo
gia est vitiosa cõpositionis in ambigua posita sententia: que fit per actm̃ vt ibi. Aio
te eacida romanos vincere posse: item certum est eni Anthoniũ precedere eloquẽ-
tia. Crassum duo eni sensus vitio ambiguitatis carent proprietate cum sit incertũ
an ab eacide romanos vinci posse an romanis eacidẽ. Similiter ab Anthonio vin-
ci Crassum eloquẽtia an a Crasso Anthoniũ. Fit et per verbũ cõmune: vt Cato cri-
minatur: incertum est an ipse ab alio criminetur: an ipse aliũ. Fit et per participiũ:
vt vidi statuã auream hastam tenentem. Fit etiã per hemonyma: vt si quis dicat
aciem nec addat oculorum aut exercitus aut ferri. Fit preterea modis pluribus: vt in
telligenti occurret. ¶ Ascen. Amphi in cõpositione secundã corripit vnde pro
priore versu. dicam Amphibolus sermo grecis: mihi dicitur anceps. x.

Signat idem verbis diuersis Tantologia
Exultans redeo rursus gaudensq̃ reuertor
Ipse egomet dicens facies quoq̃ tantologiam

¶ Tantologia est eiusdem verbi aut sermonis iteratio: vt Fabius inquit grece eni
Tantotes: latine identitas. Virgi. primo enei. Quem si fata virum seruant si vesci-
tur aura. Etherea neq̃ adhuc crudelibus occupat vmbris. nam totum quod repe-
titur vnum est. xj.

Dicitur vnius verbi defectus eclypsis
Hec secum loquitur supplendũ deest quia verbum
Hec sit pulchra satis si verbum sit generale
Aut intellectu facile: vt sum verba loquendi

¶ Eclypsis est defectus quidã necessarie dictionis quã desiderat precisa sententia
vt terris iactatus et alto cũ desit prepositio in Italiam fato profugus. i. ad italiam
Eclypticos aũt dicitur defectiuus. Eclypsis defectio. Eclypso deficio. Fit aũt eclyp
sis honeste vt alibi diximus per verbum generale: vt sum: facio: fio: gero: vt nũc fa-
ma minores Italiam dixisse: subaudi est. Talia per latiũ subaudi gerebãtur. Pisca
ris an venaris an simul omnia: subaudit facis ꝛc. Item per verbum facile itellectu:
vt sunt verba loquele. Hec venus sup. ait. Et per interrogationes atq̃ aposiopesis
si sepe honestus defectus. xij.

Deficiens sermo certe aposiopisis extat
Quos ego: sed motos prestat cõponere fluctus

De figuris Opusculum.

¶ Aposiopisim Cicero reticentiā. Celsus obticentiā nonnulli interruptionē appellant. vt Fabius nono scribit. Cōponitur aūt ex apo prepositione ꝛ siopo quod est si leo vel taceo. nam est quasi interceptum silentium: vt Terenti. Si sensero et poeta. Quos ego: deest enim puniā vel quid simile. Id autē fit quū quis irascitur aut perturbatur. vt meme adsum qui feci in me cōuertite ferrum. Item. Incipit affari me diaqꝫ in voce resistit. His enim affectibus tantū sermonis defectio congruit: vt Seruius primo enei. inquit. De eadem vero in figura Synecdoche etiā legito. Siopte aūt silentiū dicitur. Siopelos taciturnus. xiij.

Obscurus sermo cunctis enigma vocatur
Mater me genuit eadem mox gignitur ex me

¶ Enigma dicitur ab obliquis velata questio vt mater me genuit: eadē mox gignitur ex me: significat enī ex aqua glaciem concrescere ꝛ rursus in aquam resolui. Itē mare concretum in creta ligneo in campo vbi caro humana ossibus ludebat. cū significare velit Salē in salino fictili quod super mensam esset in quā anus talos iactabat vt scribit Diomedes. Enigma est per incredibilia confusa sententia: vt ama illorū que mater mariti cum iocasta significetur que laij vxor. Epidū filiū mortuo. Laio virum accepit ex quo genuit Etheoclē et Polynicem. xiiij.

Quando humilis sermo magnis de rebus habetur
Esto tapinosis seu dicatur mare gurges

¶ Tapinc[illegible] icitur cum rei magne fit humilis expositio: nam tapinosis grece apud nos dicitur humilis. vt Uirgilius Multa malus simulans: oro celestus. Item vteruqꝫ armato militie complent. i. multe legiones armatorum militum impleuerunt multas cauernas. et apud Flaccū. Pelide stomachum probili et iracundia. Tapinosis autem proprie humiliatio dicitur: tapinos humilis. tapinophrosine humilitas: tapino humilio. xv.

Dictio turpe sonans tibi nempe cacephaton esto
Detur in exemplū: vel tu cū compare ludis

¶ Cacephaton grece cacophaton dici potest mala locutio vel consonantia nam caccon est malum et phaton dictū vt arrectis auribus asto. O fortunatā natam me cōsule romā. fit autem si cum particulā n littera sequatur. Uirg. Et numeris cum nauibus equat. Item quando sequens dictio duas habet syllabas precedentibus duabus consimiles vt predicto Ciceronis carmine deprehenditur et in somnia Scipionis luce lucebat aliena. Et contraria est Euphonia. ¶ Ascensius Fit ineptus sonus dum inanis est concentus: vt sentis periuria gentis. Fit turpis si ex coniunctione syllabarū fiat vox rem turpem significās: vt et dorica castra: male coherent ca et cas: quia fit cacas: et numerum cum: male sonat quia rum cum podicem dicunt et cum nauibus non bene: ne cum num intelligas. xvi

Compositura mala est vocum cū cacosyntheton vlla
Nam syncon. positum theton apte significabit
Exemplum teneas illud: versaqꝫ iuuencum
Terga fatigamus hasta. nono vt maro dixit

¶ Cacosyntheton est mala compositio vt in exemplo Uergiliano quia versa videtur referri ad terga: et tamen refertur ad hasta.

Metaplasmus dici potest a nostris transformatio. meta enim trans et plasmatos figmentum [illegible]icit. tamē teste Diomede metaplasmus trāsformatio quedam recti solitiqꝫ sermonis in alteram speciē metri aut decoris causa figurata. Huius species vt aiunt he sunt. Prosthesis. Epenthesis. Proparalepsis. vel Paragoge Aphereſis. Syncope. Apocope. Ectasis. Systole. Dyeresis. Epysinaliphe. Etchlipsis. Anthitesis. Methesis.

Prosthesis apponit capiti: sed apheresis aufert

Arduus alcides mediis in menibus astat
Leges celicolum et mortalia temnitis arma

¶ Prosthesis dici potest appositio vel additio. Componitur eni ex pros quod est ad et thesis positio vt gnate pro nate. tetulit pro tulit. astat pro stat. Prosthetos autẽ appositus dicitur.
Apheresis dici potest ablatio vel abscissio: nam ab ephero verbo quod est abscindo descendit vt temnitis pro contemnitis. F.

Syncopa da medio tollit quod epenthesis auget
Quales tunc epulas ipsum glutisse putemus
Induperatorem: sed epactasis hec quoqꝫ fertur

¶ Syncopa potest latine dici concisio: cõponitur enim ex syn quod est con. et copto incido vt glutisse pro glutiuisse. Epenthesis dici potest interpositio nã componitur ex epi et en que dicunt inter et thesis positio vt induperatorem pro imperatorem. Hãc alij parẽthesim vocãt ait Donatus: quidam vero pleonasmum appellant: vt Diomedes edocuit. Epectasis dici potest porrectio nã epi dici super ecteno vel ectino media longa produco extendo vt induperator pro imperator. ¶ Ascensius.

Syncopa qui fiat tibi declinatio monstrat
Pro patrio casu: de verbis diximus ante
Iui preterito cum natis subtrahi honeste
In reliquis autem patrum vestigia serues
Omnes summoses direxti telare postum:
Cum genere extinxem: furto suposta polibam

¶ Ascensius. Declinatio mõstrat tibi pro patrio. i. gtõ casu: qui. i. quomodo syncopa fiat dictum est enim ꝙ in prima legitime syncopantur gti plurales noim multarū syllabarū nundinū pro nundinarū. precipue compositorū vt celicolū pro celicolarū et deriuatorum vt priamidum pro priamidarum. In secunda que cõponuntur vel construuntur cum numeralibus autalia dictione in orum. Primi vt duum virū nõ duorū virorū. Secundi vt mille nummū potius ꝙ̃ nummorum. Tertij vt magnanimum equorū pro magnanimorū. Excipiuntur vt dixi neutra quorum gti coincidãt cum ntõ singulari. vnde dicam non mille: sed millies sestertiū: dicere autem possū: in medio duum animaliū quia in singulari nõ dicitur duum. In tertia in ans vel in ens pro communi genere vt venientū pro venientium parentum nomen. Itẽ que verbalia in ia aut in ium habent: vt virgiliū artificium et in as. vt primatū pro primatium de quibus in formatione gtõrum dictū est. In quarta legunt quidẽ currū pro curruum In vi. enei. Que gratia currum. Armorumqꝫ fuit alij tamen curruum censent legendū. In verbis fit regularis syncopa: in preteritis in ui et eorum tẽporibus presertim polysyllabis vt audisti pro audiuisti: et in eo et queo que nõ habẽt iebam sed ibam in preterito imperfecto: vt prodibam non prodiebam. In alijs aũt authoritatem sequemur vt enei. vij. Auro insignibant pro insigniebant et eiusdem octauo Auroqꝫ polibant pro poliebant. Horatius in sermonibus. Omnes summosses pro summouisses dixit Vergi. in enei. cum genere extinxem pro extinxissem. direxti pro direxisti Manet alta mente repostum pro repositum: et suppostaqꝫ furto pro subposita: sed in hoc participio frequens est syncopa. vsqꝫ adeo vt ipostores nõ impositores dicãtur deceptores. In nouis autem fingendis parci erimus. F.

Aufert apocape finem quem dat paragoge
Proparalepsis item.
Nec spes libertatis erat nec cura peculi

Partibus iisdem: et summa dominarier arce.

¶Apocope. i. abscissio vel amputatio: nam cōponitur ex apo prepositione que in cō positione dicit ab vel re ⁊ copo scindo: vt peculi pro peculij. apocopto autē amputo sigt. Paragoge potest dici deductio: vt dominarier ꝓ dominari. Proparalepsis cōponitur ex ꝓ quod est ante et para iuxta ⁊ lepsis acceptio: quasi iuxta ante acceptio vt amarier pro amari: qualis additio frequens est apud comicos. xxi.

Systola productam breuiare: Diastola fertur
Ducere correptum: sic ectasis efficit ipsa
Obstupui steteruntq; come et vox faucibus hesit
Dum sanguis inerat: lucani continet alter.

¶Systole dici potest correptio: vt steterūt te breuiatur que naturaliter longa est ⁊ Seruio teste in septimū. Systole exemplis fieri nō debet. Systollo autem corripio: vel contraho dicit. Diastello autē distinguo dicit. Diastole distinctio fertur. Ectasis interpretatur productio: nā ab Ecteno quod est produco deriuatur: et fit qñ breuis syllaba producitur: vt exercet diana choros: nam di breue productū est. ¶Sicut systole non fiet sine exemplis: ita nec diastole: neq; quod semel repertū est trahendum in exemplum est si nulla subsit ratio: sed in exēplis virgilianis volunt nonnulli ꝑ correptionē syllabe etiā correptionē more in rebus significari: vt in illo buco. Matri longa decem tulerunt fastidia menses volunt per correptionem syllabe significari longorum: vt pote decem mensium fastidiorum correptionem nato puero. et in geor. Miscuerūtq; herbas et nō innoxia verba: volunt per correptionē e syllabe in miscuerūt significari subitam veneficarum operam: et in illo enei. steteruntq; come: subitū horrorē. In illo autē bucco. Uno eodemq; igni: volunt subitam amoris vim et ignis operationē significari q̄q; sunt qui vno et eodē igni legunt: sed ⁊ alibi et alijs corripitur idem ablatiuus. Altera autem figurarum fit dum in proprijs ponitur prima cōis: vt in sicheus silenus diana ⁊ alijs quibusdam nullum autē est vitiū dum breuem naturaliter sequuntur muta et liquida si communiter ponatur dulcius tamen naturā sequamur. Diastole sepe fit in littera s que licenter producitur in his dum sanguis inerat apud Lucanū in secūdo. Pectoribus inhians: apud Uergiliū in. iiij. enei. Terga fatigamus hasta. ⁊c̄. apud eundem in. ix. sed dicere possumus in duobus prioribus tribrachū pro dactylo positū: in tertio iambū pro spondeo. Fit etiā in alijs: vt mortem contēnunt laudato vulnere gete: qr geta primā corripit. Dona de hinc auro grauia sectoq; elephanto vbi iambus est in quarto. Qualem licentiam nos vitabimus nisi ad magnūm et venustum poematis corpus neuis quibusdam spergendum. xxij.

Ecthlipsis necat m vocalem aufert Synalepha
Hec etiam fertur mihi nempe Syneresis esse
Multum ille et terris fuerat iactatus et alto.

¶Ecthlipsis dici potest expressio siue elisio. Ecthlibo enī exprimo/elido excudo sigt: Fit autem qñ sequente vocali consonās precedentis dictionis exprimitur cū sua vocali: vt multum ille vbi u cum m exprimitur. Eadē figura vocatur Ellipsis vl' ellepsis et transfertur a Quintiliano detractio: nam cōponitur ex Ec et lipo vel lepo quod est desero deficio linquo. ¶Synalepha vel Synalipha interpretatur cōiunctio. Synalipho enim est coniungo: vel dicitur cōpressio: nam componitur ex Syn quod est con et alephe pressio. Fabius tamē in primo dicit ꝙ interpretatur complexio. Est enim quū vocalis aliqua in fine dictionis ꝑ sequentē vocalem abijcitur in metro: vt multum ille et terris hic enim vnum e precedens excluditur. Caue dicas cum imperitis synalympha pro synalepha: aut vt profertur grece synaliphe. xxiij.

Syllaba de binis facta extat episynalepha
Ecce autem telis panthus elapsus achiuum
Hec eadem mihi nempe Synerelis esse.

¶ Episynalipha est conglutinatio duarũ syllabarũ vnã syllabam facta: vt panthus pro panthous. Episynapto autẽ coapto vel coniungo dicit. Synereſis (teste Fabio) in primo interpretatur complexio: vt alijs placet ↄtractio qualis est apud Pub. Varronem. Tum te flagranti deiectum fulmine pheton: nã si esset prosa oratio easdẽ litteras enunciare veris syllabis licebat. Componitur autẽ a Syn quod coniunctionẽ indicat et Tereſis diuisio: quasi o diuersorum coniunctio: vt alcinus pro alcinous/ bini pro biuni: et similia. Sinereo autẽ ac Synero ↄtraho vel congruo notat. xxiiij.

Dicitur in binas partire dieresis vnam
Aulai in medio libabant pocula bacchi
Non temere in medijs dissoluantur aquis.

¶ Dieresis interpretaꝛ diuisio. Nã diero diuido signt. est autẽ figura q̃ fit diuisio vnius syllabe in duas: vt aulai pro aule sylue trisyllabum pro sylue bisyllabo apud Horatiũ et dissoluatur pentasyllabũ pro tetrasyllabo apud Ouidiũ et sepe alias. xxv.

Dicitur antithesis si littera ponitur vna
Ponere cum debes aliam sic dicimus olli
Hec antistechon poterit quoq; dicier apte.

¶ Antithesis est littere ꝓ littera positio: vt olli subridens ꝓ illi. Cõponiꝛ autẽ ab anti quod est pro et thesis positio: quasi pro altero positio dicitur item oppositio. Antithetos vero contrarius Antistechon dici potest pro littera. Nam anti dicit pro et stechion vt littera: vt Virg. miratur molem eneas magalia quondam: vbi magalia pro magaria dixit: ponens l ꝓ r. Nam magar non magal penoꝝ lingua villam designat (authore Seruio primo enei.) Itẽ sella pro seda antistaches aũt oppono dicit xxvi.

Vox meta iuncta thesis mihi transpositura vocatur
Littera nam fiet quando transposta manebit
Tymbreq; sic dicis quum tymber dicere debes

¶ Metathesis dicitur transpositio. Nam meta trans et thesis positio. Est autem litterarũ ordo mutatus: vt. Virg. x. At tibi Tymbre caput euãdrius abstulit ensis. Nã dicitur (teste Seruio) Tymbre pro tymber: et sic etiam tymbrus et euandrus dicaꝛ Metero autẽ transfero Metatheo transcurro. ¶ In primo versu qui erat. Est transpositio mihi nempe metathesis: ipsa duplex erat licentia. Nam transpositio et metathesis secundam corripiunt: quo circa mutaui ipsum. xxvij.

Esto protheseon mihi siue parallaga: quando est
Prepositura quidem non propria littera siue
Cui tantum de te licuit pro in te Maro dixit
Asuenio sic pro aduenio scribit Diomedes.

¶ Potesinia aũt dr prepositio. propositio propositũ. Parallage mutatio dicitur. Parallax vicissim Parallactos mutabilis Paralato differo. Protesmia dicitur lex prefinitum tẽpus dies prescriptus gratia alicuius. Prothesis dicitur prepositio. Protheseon prepositum supple figurate. Pro autẽ grece fere corripitur: vt in prothoplastes prolepsis: propontus et sexcentis alijs patet parallage: quia vox mere est greca dure dicitur parallaga. vnde possumus sic versiculum mutare.

Dum protesim dure metas pro erit theseonq;
Littera mutetur dure atq; parallage habetur. xxviij.

SChema accipitur (authore Fabio, libro. ix.) id quod fit a simplici atq; in promptu posito dicendi modo: poetice vel oratorie mutatũ. Duas autem eius esse partes idem ait. Dianeas id est mentis vel sensus vel sententiarum ⁊ Lexeos. id est verborum vel dictionis vel sermonis vel orationis. Donatus ait ꝙ schemata dianeas ad oratores ꝑtinent: ad grammaticos vero lexeos. Huius species sunt multe: sed

De figuris opusculum.

necessarie traduntur: vt scribit Diomedes: per quos similes colligentur prolepsis/ zeugma. hypozeuxis. Syllepsis Asindethon: seu Dialiton. Anadiplosis Anaphora Epanalepsis Epezeusis Paranomasia Schesisonomaton Paromeon homeoteleuton homeoptoton Polyptoton hyrmos Polisyndeton Climax.

¶ Schema potest dici latine figura siue cultus. Cicero de claris oratorib' appellat schemata sententiarum orationisq; formas. Dianea dianeas dicitur scientia intelligentia cogitatio. Dianeo animaduerto delibero cogito. Lexis autem dicitur dictio et lexicon vocabularium. xxix.

Nempe prolepsis erit presumptio: tunc etenim fit
Quum quod posterius veniet describitur ante
Virgilius sexto portusq; require Velinos
Vel totum capitur post partes accipiuntur
Discipuli discunt. hic pindaron: illum catullum

¶ Docet seruare mediocritatem in vestibus inter luxum seu elegantiam et sorditatem. Monetq vt vestes sint munde ne videantur turpes: ꝛ sint in mediocri cultu nō nimis culte: ne videantur leues supple in moribus et animo.

Nec maledicta refer nec promas turpia dictu
Et stomachosa quidem dicere turpe tibi

¶ Docet seruare modestiam in loquendo ꝛ vitare procacitatem lingue dicēs o puer nec refer maledicta .i. conuitia. hoc est licet fueris lacessitus et quis tibi maledixerit: noli maledicta referre .i. maledicēdo respondere: et multominus decet te priorē maledicere. Monet etiam vitare verba scurrilia et ad luxuriam incitantia dicens nec ꝛ non promas .i. non proferas de pectore tuo turpia dictu .i. vt dicantur vel dicuntur: vel ad dicendum. Monet preterea seruare decoꝝ dicens q non vtemur verbis que non competunt etati nostre. Non autem decet puerum habere verba stomachosa .i. stomacho cum grauitate et iracundia prolata.

Moribus vrbanis curato preditus esse
Parce gule turpi: luxuriamq fuge
Parce et auaritie: bilem frenare memento
Inuidus/tumidus/non odiosus eris
Desidiam fugies: atq omnia turpia pelle
Et ludi turpes sint procul atq viri.

¶ Docet vitare rusticitatē ꝛ vitia capitalia seu mortalia gulam/luxuriā/auaritiam iram/inuidiam/superbiā/odiū ꝛ odiositatē: ꝛ desidiā: ꝛ tā turpes ludos q turpes viros: qꝛ scriptū est cū sancto sanctus eris. ꝛc. Urbanꝰ/na/nū. est ad vrbē pertinēs: vbi solent esse venusti mores. Preditus dr a pre et datus: quasi preter ceteros donatus a natura vel deo aliqua virtute vel arte. Parce gule .i. abstine a gula sicut vergilius dicit. Parce metu. bilis est sanguis melancolicus quo ad iram prouocamur: ꝛ ponit hic pro ira. Dicitur notāter frenare: qꝛ non possumus penitus extirpare iram. vnde Horatius in primo sermonū. Deniq quatinꝰ excidi penitus victū ire. Cetera autē nequeūt stultis herentia. ꝛc. Differt aūt ab iracūdia: qꝛ vt idē dicit in epistolis. Ira furor breuis est. ꝛc. Iracundia autem prolixior. Nā iracūdus naturaliter ad irā incitatur. Solet preterea in pueris non esse inuidia magna: ideo pulchre vtit diminutiuo dicens. Non eris inuidulus. Tumidus dicitur inflatus. elatus superbus. Odiosus potius passiue significat et est qui molestus est: ꝛ vtrūq fugiēdum est puero: tam molestum esse q odiosum. Non autem dicendum est odio odis in pñti licet Cicero semel odias dixisse legatur. Desidia dicitur a de et sedeo: et est in accidioso et pigro.

Fidus sis: audensq bonis temerarius esse

Despice non audax sis timidusqꝫ nimis

¶ Monet vt iuuenis seruet fidelitatē et fortitudinē: dicens o puer sis fidus qꝫ pro et audens.i.pro tempore et oportunitate animosus bonis.i.ad bona facienda et despice.i.contempne fuge esse temerarius.i.temere ⁊ sine circūspectione quacunqꝫ aggrediens hoc est ne sis audax et ne sis nimis timidus. Audax est assidue audens ⁊ est vitiosus per superabundantiā: timidus ex natura: et ita continue timens et habet vitium pusillanimitatis ꝑ defectum: fortis seruat mediocritatem ⁊ est qui audet cum debitis circūstantijs: vbi/qn̄/quēadmodum: ꝙtum in quibus et pro quibus audendum est. Estqꝫ fortis audiēs et timens aliquando: sed neqꝫ audax neqꝫ timidus vnqꝫ Despicere est ꝑ contemptū nolle rē aliquā aspicere: ⁊ cōponitur a deorsum ⁊ specio.

Nec penitus mutum: nec te decet esse loquacem
Conuenit ille toro: conuenit iste foro.

¶ hortatur vt puer seruet modū in loquēdo: ne sit mutus et elinguis: nec garrulus et loquax.i.sis assidue loquēs: qꝛ ille.i.mutus ꝯuenit toro.i.lecto seu cubili vbi tacendum omnino est et iste.i.loquax ⁊ litigiosus cōuenit foro iudiciali vbi lites aguntur.

Et mansuetus eris rectum te lectus habebit
Detege nec socium nec tua membra moue

¶ Docet seruare modum in lecto vbi puer erit mansuetus et non petulans: se aut socium detegens: aut se immoderate mouens.

Ne sis difficilis nimium nec credulus esto
Dedecus et metues: et reuerere bonos.

¶ Monet seruare modū incredulitate et adhibenda fide: dicēs qꝫ nō erit nimis difficilis et tardus ad credendum nec nimis facilis seu credulus. Monet etiam generaliter vt vitemus omne dedecus: et reuereamur omnes bonos.

Futilis et mendax nunqꝫ: nimiumqꝫ seuerus
Esto sed et comem munificumqꝫ velim

¶ Docet seruare modū in seueritate ⁊ rigore verboꝝ: dicēs qꝫ puer nō erit futilis.i. vaniloquus ꝟba sua inutiliter effundēs aut mendax. nec nimiū seuerus.i.rigorosus in sequēdo veritatē: hoc est qui ab opinione sua nullo modo possit flecti: vt aūt Aug. docet in lib. contra mendaciū: etiā obsequiosa mendacia vitēda sunt. Est autē seuerus nimis rigide seruās ꝟitatē: et ita durus nulli ꝯcedēs quod improbat dicēs: sed ⁊ comem munificūqꝫ velim sup. te esse. Comis dr̄ cōcinnus affabilis ꝯmodus: ⁊ vt inquit Valla Comis est benignus hō et facilis q̄ alijs non grauate inseruit. Futilis q̄ ꝟba sua profundit a vase futili q̄ in sacrificijs vtebant: qd̄ latū os et fundū seu pendētē strictū habebat vt stare nō posset quin liquorē effundet quod cautū fuit ne aqua sacrificantibus habenda in terram poneretur: quod piaculū putabat gentilitas.

Sis pius atqꝫ colas superos venerare parentes
Et noceas nulli: surripiasqꝫ nihil

¶ Cohortatur puerum ad pietatem erga superos et parentes: et dehortatur ab iniuria/a furto. ¶ Potest autem sic intelligi textus. Sis pius sup. erga deum colas superos.id est sanctos: ⁊ venerare parentes diligimus tepide/amamus feruenter/colimus cum veneratione.

Nec sis vinosus ꝙuis potasse Catonem
Fama refert fugias sumere vina mera.

¶ Monet ne iuuenis sit bibax ⁊ appetēs vini: nec bibat meratius.i.vinū purū: sed dilutius.i.vinū imixtū aque qd̄ qdā minus latine lympharū vocāt. Pro vocabulis cognoscēdis audiamus Lau. de Val. Vinosus inqt mulierosus ⁊ libidinosus ⁊ similia dicunt qꝫ quis effectus sit ad hec et amat vinū: mulieres ⁊ libidinē. Nigidius autē vt auctor

Et parco lympham diluet ille mero.

¶ Iterum docens quomodo et quid bibes: tenebis inquit oculos ne vagentur dum bibis cauebis ne multum loquaris tenēs poculum in manu. curabis habere os euacuatum cibo priusq̄ bibes inchiato socij non sines vinū euaporari: sed si non biberit aliud infunde: aut si eodem vase bibis non plus infūdes q̄ tu ebiberis. Si vinū acre et fumosum est diluetur aqua. Merum dicitur purum et immixtum et subauditur vinum. Falernum est vinū ardens et nobile qd̄ in falerno mōte campanie italie nascitur. In vltimo versiculo aut hypallage est vt sic diluet lympham parco mero: pro eo quod est diluet parcum merū lympha. Aut reuera vult tantum aque esse debere: vt non aquam in vinum: sed vinum modicū in multam aquam fundere videaris Diluo compositum est a di et luo: vel a dilauo quod in cōpositione fit luo: vt proluo diluo abluo: et sunt tertie coniugationis sicut aliquando lauo lauis lauit per tertiā coniugationem declinatur.

Non facies binos haustus: nec fessus anheles

Sibila nec labiis stridula prome tuis.

Nec cito sorbebis velut oui lutea grati:

Nec nimium tarda sume phalerna mora.

Unum siue duo ad summum tria pocula sumes

Sic hunc numerum excedes iam mihi potus eris.

Fac videas quodcūq̄ bibis: modicūq̄ pitissa

Crater siue calix det tibi vina breuis.

¶ Docet quomodo bibendū sit dicens primo q̄ vno tractu bibes nec tam longo vt postea anheles ac sibiles. Secundo vt temperantur: nec tam cito ac si luteum. i. rubrum oui sumas nec nimis lenta mora. Tertio vt non sepe et dicit q̄ ad summū ter q̄ frequentius biberis reputaberis potus. i. ebrius. Quarto vt caute bibas ne cogaris poculum assumptum deponere aut damnū incurras: ad qd̄ remedium est inspicere: quid bibas: et pitissare. i. tenuiter probare. Et ideo ne potus quem respuis multus sit monet breui vasculo vti.

Os quoq̄ tergebis semper post pocula palmas

Ablue cum mensam deseris atq̄ labra.

Inflectensq̄ genu: iungens quoq̄ brachia: prosit

Dictito: sed tolles ordine queq̄ suo.

¶ Postq̄ ostendit quomodo ad mensam accedendum: et quomodo in ea manducandum et bibendū sit ostendit quomodo ab ea discedendum sit dicēs q̄ post potū tergebis os: et ablues palmas postq̄ deserueris mensam similiter et labia. Discedens autem inflectes genu et iunges manus dicēs prosit: quod honeste dicitur. Nā proficiat ineptum: et proficite importunum et imperiosius videtur: hoc dicto tolles omnia quibus vsus es debito ordine et illis suo loco repositis ablutus abeas quo te vocant officia: hec ad Sulpitiana satis sit adnotasse plura in siluis nostris qui volet videbit: huncq̄ apicem nostrum adiunctum finet.

¶ Finis.

Iodocus Badius Ascensianus de officio scholastici.

Nec satis est mundũ comemq; accedere mensã
Ni probus in cunctis conspiciare locis
Proinde puer qualem satages deducere vitam
Te perq; paucis admonuisse velim:
Mane experrectus quas condit optimus auctor.
Christus: eas referes supplice mente preces
Deinde salutatum properabis vtrumq; parentem
Et cui q̃ tue cura salutis erit.
Tum quemcunq; vides venerandum relligione:
Sanguine canicie: moribus: officio:
Huic si forte sedes properes: assurgere si stas
Aut transis retegens tempora flecte genu.
Tum preceptoris tibi patris amore colendi:
Auribus atq; oculis menteq; verba cape.
Que si forte minus intellecta reliquit:
A condiscipulis sunt repetenda tuis.
Intellecta autem: ne mox neglecta queraris:
Inscribes nitido sepe legenda libro.
Tandẽ vbi doctus eris. reliquũ est bene viuere curet
Ignarisq; tibi cognita precipias.

¶ Expliciunt opera Joannis Sulpitii Verulani Impressa Londini per Wynandum de worde in vico anglice nuncupato (the fletestrete) ad signũ solis cõmorãtẽ.


W C
de
wynkyn worde

¶ Episynalipha est conglutinatio duarũ syllabarũ vnã syllabam facta: vt panthus pro panthous. Episynapto autẽ coapto vel coniungo dicit. Syneresis (teste Fabio) in primo interpretatur complexio: vt alijs placet ꝯtractio qualis est apud Pub. Varronem. Tum te flagranti deiectum fulmine pheton: nã si esset prosa oratio easdẽ litteras enunciare veris syllabis licebat. Componitur autẽ a Syn quod coniunctionẽ indicat et Heresis diuisio: quasi o diuersorum coniunctio: vt alcinus pro alcinous/ bini pro biuni: et similia. Sinereo autẽ ac Synero ꝯtraho vel congiuno notat. xxiiij.

Dicitur in binas partire dieresis vnam
Aulai in medio libabant pocula bacchi
Non temere in medijs dissoluantur aquis.

¶ Dieresis interpretatur diuisio. Nã diero diuido signt. est autẽ figura q̃ fit diuisio vnius syllabe in duas: vt aulai pro aule sylue trisyllabum pro sylue bisyllabo apud Horatiũ et dissoluatur pentasyllabũ pro tetrasyllabo apud Ouidiũ et sepe alias. xxv.

Dicitur antithesis si littera ponitur vna
Ponere cum debes aliam sic dicimus olli
Hec antistechon poterit quoqꝫ dicier apte.

¶ Antithesis est littere ꝓ littera positio: vt olli subridens ꝓ illi. Cõponitur autẽ ab anti quod est pro et thesis positio: quasi pro altero positio dicitur item oppositio. Antithetos vero contrarius Antistechon dici potest pro littera. Nam anti dicit pro et stechion vt littera: vt Virg. miratur molem eneas magalia quondam: vbi magalia pro magaria dixit: ponens l ꝓ r. Nam magar non magal penoꝝ lingua villam designat (authore Seruio primo enei.) Itẽ sella pro seda antistechos aũt oppono dicit xxvi.

Vox meta iuncta thesis mihi transpositura vocatur
Littera nam fiet quando transposta manebit
Tymbreqꝫ sic dicis quum tymber dicere debes

¶ Metathesis dicitur transpositio. Nam meta trans et thesis positio. Est autem litterarũ ordo mutatus: vt. Virg. x. At tibi Tymbre caput euãdrius abstulit ensis. Nã dicitur (teste Seruio) Tymbre pro tymber: et sic etiam tymbrus et euandrus dicatur Metero autẽ transfero Metatheo transcurro. ¶ In primo versu qui erat. Est transpositio mihi nempe metathesis: ipsa duplex erat licentia. Nam transpositio et metathesis secundam corripiunt: quo circa mutaui ipsum. xxvij.

Esto protheseon mihi siue parallaga: quando est
Prepositura quidem non propria littera siue
Cui tantum de te licuit pro in te Maro dixit
Asuenio sic pro aduenio scribit Diomedes.

¶ Potesinia aũt dr̃ prepositio. propositio propositũ. Parallage mutatio dicitur. Parallax vicissim Parallactos mutabilis Paralato differo. Protesmia dicitur lex prefinitum tẽpus dies prescriptus gratia alicuius. Prothesis dicitur prepositio. Protheseon prepositum supple figurate. Pro autẽ grece fere corripitur: vt in prothoplastes prolepsis: propontus et sexcentis alijs patet parallage: quia vox mere est greca dure dicitur parallaga. vnde possumus sic versiculum mutare.

Dum protesim dure metas pro erit theseonqꝫ
Littera mutetur dure atqꝫ parallage habetur. xxviij.

Schema accipitur (authore Fabio, libro. ix.) id quod fit a simplici atqꝫ in promptu posito dicendi modo: poetice vel oratorie mutatũ. Duas autem eius esse partes idem ait. Dianeas id est mentis vel sensus vel sententiarum ⁊ Lexeos. id est verborum vel dictionis vel sermonis vel orationis. Donatus ait ꝙ schemata dianeas ad oratores ꝑtinent: ad grammaticos vero lexeos. Huius species sunt multe: sed

necessarie traduntur: vt scribit Diomedes: per quos similes colligentur prolepsis/ zeugma. hypozeuxis. Syllepsis Asindethon: seu Dialiton. Anadiplosis Anaphora Epanalepsis Epezeusis Paranomasia Schesisonomaton Paromeon homeoteleuton homeoptoton Polyptoton hyrmos Polisyndeton Climax.

¶Schema potest dici latine figura siue cultus. Cicero de claris oratorib' appellat schemata sententiarum orationisq; formas. Dianea dianeas dicitur scientia intelligentia cogitatio. Dianeo animaduerto delibero cogito. Lexis autem dicitur dictio et lexicon vocabularium. xxix.

Nempe prolepsis erit presumptio: tunc etenim fit
Quum quod posterius veniet describitur ante
Virgilius sexto portusq; require Velinos
Vel totum capitur post partes accipiuntur
Discipuli discunt. hic pindaron: illum catullum

¶Prolepsis cōponitur ex pro quod est ante et lepsis acceptio quasi preacceptio: seu presumptio. Cicero primo de natura deorum anticipationem interpretatur vbi etiam dicit. Epicurum primum appellasse prolepsim: quam antea nemo verbo eo nominarat. Prolambano anticipo nobis significat. Lambano enim capio, vel accipio. Fit autem (Diomede teste) quum id quod posterius accidit ante tempus ascribitur: vt portusq; require velinos. Velia enim nondum erat quum ad Italiam venit Eneas: vt ait Seruius. sed helia dicebatur. Prolepsim Fabius nono. Presumptionem appellat: quum id quod obijci potest occupamus et precipue proemio conuenit. Priscianus preterea libro. xvij. inquit. Et sciendum q in constructione diuiduorū si per presumptionem. id est prolepsim preponitur plurale verbum ad vtrūsq; seqnens licet nominatiuum auferre: vt aquila deuolauerunt hec ab oriēte illa ab occidente. Sin ad ea que diuiduntur singulariter verba consequantur genitiuum oportebit preponi pluralem diuidendo: vt aquilarum altera deuolauit ab oriente altera ab occidente. Est itaq; triplex prolepsis. id est presumptio. Quarum prima est historie: vt dum res narratur gesta anteq; gesta sit: aut vocatur aliquo nomine priusq; illud sortita sit: et hec est vitiosa nisi in persona illorum qui postea fuerunt: nam si Vergilius dixisset iussus est a palinuro Eneas velinos portus require minus esset vitiosum: quia intelligeremus eos qui tempore virgilij erant velini. Secunda est oratoris dū preoccupat id quod obijci posset. Tertia est locutionis: dum totū preponitur cum verbo vel adiectiuo et partes sequentes ad idem verbum vel adiectiuum reducuntur de qua vidisti in Sulpitio. xxx.

Quum plures sensus verbum concludimus vno
Fit zeugma nobis adiunctio dicitur esse
Troiugena interpres diuum qui numina phebi
Qui tripodas clarij lautos qui sydera sentis
Et volucrum linguas et prepetis omnia penne

¶Zeugma dici potest latine fm Prisci. lib. xvij. adiūctio nam figura est que tūc fit cū plures sensus vno verbo claudūtur. Eandē Fabius. ix. appellat Enezeumenō i quia vt ait ad verbum plures sententie referuntur quarum vnaqueq; desideraret illud si sole ponerent. Id tribus accidit modis. Aut preposito verbo ad quod reliqua respiciant: vt vicit pudorem libido/ timorem audacia/ rationem amentia. Et tūc dicitur protozeugma. Aut verbo postposito: vt neq; enim is es. Catilina: vt te aut pudor a turpitudine: aut metus a periculo: aut ratio a furore reuocarit. Et tunc histerozeugma: vel hypozeugma dicitur. Aut in medio sensuum posito verbo: et tunc mesozeugma nominatur: vt troiugena interpres diuum. etc. zeugma dicit iugatio vel coniunctio et zeugnyo iungo. zeusis iugatio. zencteria iunctura.

¶Ascensius.

Vult zeugma adiunctum sociatum proximiori
Quod si sit medium sociabitur anteriori
Ut similans aut componens nam presidet illud
Nempe triplex zeugma est:primū:mediū atqꝫ supremū
Hocqꝫ protozeugma est grecis quod nuncupo primum
Mesozeugma autem:medium quod dico:pelasgis
At quod hypozeugma illis siue histeron:animo sp̄remū

¶ Zeugma vult tertium.id est verbum vel adiectiuuz sociantum viciniori:quod si in medio ponatur censebitur anterius. Similiter si per similitudinem aut comparationem loquamur anteriori:quia principaliori confirmabitur. Est autem triplex zeugma:nam est quod greci protozeugma vocant ⁊ nos zeugma primū aut a superiore. Est quod mesozeugma seu hyphzeugma illi appellant: ⁊ nos supremū zeugma siue a superiore. In protozeugmate mesozeugmate et dum per comparationē aut similitudinem loquimur tertiū confirmatur priori substantiuo et supposito. Et ita quattuor modis illi conformatur. Exemplum primi:vt flet mater ⁊ filij eius:secundi.mater flet ⁊ filij eius. Tertij.mater ⁊ filij eius flet. Quarti.mater plus q̄ filij ei⁹ flet. In hypozeugmate autem nisi per comparationem aut similitudinē loquamur conformabitur posteriori:vt mater et filij eius flent aut filij et mater eorum flet. hic illius arma.hic currus fuit:vt in sylepsi dicam. xxxi.

Fertur hipozeusis verbo res singula iuncta
Incedit Paulus: Marcus sedet: Hugo quiescit.

¶ hypozeusis dici potest sub coniunctio.nā cōponitur ex hypo quod est sub ⁊ zeusis coniunctio seu iugatio. Et est figura superiori cōtraria vbi diuersa verba singulis rebus iunguntur:vt quid ve petat quid ve ipse ferat. Mezentius arma. Que sibi consiliet violentaqꝫ pectora turni Edocet: humanis que sit fiducia rebus Ammonetqꝫ immiscetqꝫ preces. xxxij.

Primi vox numeri plurali reddita verbo
Aut primi numeri verbo pluralis inherens
Dissimili in sensu Syllepsis dicitur esse.
Virgilius dixit. Sunt nobis mitia poma
Castanee molles et pressi copia lactis.
Hic illius arma.hic currus fuit.

¶ Syllepsis dici potest latine cōceptio(teste Pris.xvij)Cōponitur aūt ex Syn quod est con:et lepsis acceptio dr̄ item comprehensio. Sillepsis autē cōpilatio Sillego colligo. ¶ Sillepsis ait Diomedes est dissimiliū clausularū p̱ vnū verbū conglutinata conceptio:fit autē qn̄ singularis dictio plurali verbo redditur:aut pluralis dictio singulari verbo adiungitur:vt nobis mitia poma castanee molles ⁊ pressi copia lactis. Itē hic illi⁹ arma hic currus fuit. hoc aūt Schema late patet:vt Dona.ait. vnde alij qui dicunt Sillepsim fieri etiā cū pro multis ponit̄ vnus:vt hostis habet muros pro hostes. Item et pro vno multi:vt.xi.enei. Vos o calliope precor aspirate canenti. Est enim Sillepsis per numeros vt ait Seruius. Erat namqꝫ rectum vos o muse et tu calliope. ¶ Quia syllepsis dicitur conceptio:vtrūqꝫ autem vocabulum dupliciter accipitur.aut generaliter:et tunc lat⁹ est ambitus.aut specialiter:et sic hic loqui videt̄ de syllepsi ⁊ postea de cōceptione:verūtñ hic etiā large accipitur. Nā in exēplis etiā zeugma est in primo protozeugma:in secundo hypozeugma. xxxiij.

vide fol. 47. Cum sine iunctura voces varie sociantur vide fol. 146

Dialyton certe vel asyndeton efficimus:
Exemplum capies: res miles plebs negat illud.

Dialyton dici potest absolutum: nam descēdit a verbo Dialyo quod est dissoluo. Dialytos vero dissolutus. Dialysis dissolutio. Dialyton vel asyndeton est oratio sine coniunctionibus: vt alij naualibus ite: ferte citi ferrum date tela impellite remos Item veni vidi vici. Justicia prudentia fortitudine me superasti. Hec etiam bracchilochia nominatur: vt Diomedes ait: et Fabius libro. ix. Asyndetos disiunctus dicitur Asynthetos incompositus. xxxiij.

Diuersas voces coniunctio plurima si fert
Nempe figura datur Polysyndeton esse pelasgum:
Detur in exemplum materq; paterq; nepos q;

Polysyndethon dici potest multiplex coniunctum. Poly enim multum dicitur et polys multus. Syndesmos vero nodus coniunctio Syntheton autem compositum dicit. Est autē oratio multis nexa coniunctionibus: vt Athamasq; Toasq; Pelidesq; Neoptolemus primusq; Machaon. xxxv.

Vox duplicatur enim quoties Anadiplosis extat
Principium et versus fit idem cum fine prioris
Urbs hetrusca solo sequitur pulcherrimus astur
Astur equo fidens: et versicoloribus armis.
Inq; locis alijs eadem repetitio fiet.
Ecce autem telis panthus elapsus achiuum
Panthus Othriades arcis phebiq; sacerdos
Ad celum tandens ardentia lumina frustra
Lumina nam teneras arcebant vincula palmas.

Anadiplosis dici potest a nostris duplicatio. Nam componitur ex ana. id est re et diplosis duplicatio. Diplaso eni vel diploo nobis duplico dicitur. Diplasios duplus Diplos duplex. Fit autem quando aliqua dictio emphatica et preminentiā habēs in vno sensu posita reperitur in secundo ad eius emphosim innuendam: vt in exemplis ex virgilio per mancinellum & me adductis: ex meis autem patet dictionē repetitam non semper positam esse in fine vnius et in principio alterius versus: quod secundus versiculus mancinelli videbatur precipere. Hec autem figura non vitio sed ornatui datur si suis locis fiat. xxxvi.

Incipit et finit versum repetitio eodem
Nomine seu verbo quem si vis dicere grece
Coniungantur epi ac analepsis per synalephen
Pauper amet caute: timeat maledicere pauper
Unum illud tibi nate dea: preq; omnibus vnum
Predicam. &c.
Ante etiam sceptrum dictei regis et ante.
Hec eadem versu reperitur sepe in eodem
Principium versus repetit dum clausula sicut

Tenemus anguitie: vitrea te fuscinus vnda
Aut si continuo repetitio facta figurat
Maiorem effectum seu maius significatum
Heu heu fugaces posthume posthume
Labuntur anni ꝛc.

¶ Epinalepsis dici potest replicatio vel repetitio vt paup ꝛc. Epanalābano aūt repeto. Et aliter Epanalapsis vt ait Diomedes fit quū eadē dictio et pricipiū versus et clausulā tenet: vt tenemus anguitie. vitrea te fuscinus vnda. Te liq̄di fleuere lacus. Itē pater meꝗ me lumine orbauit pater. Tū etiā sceptrū dictei regis et ante et aliter. Epanalepsis est cum maiore significo facta repetitio vt i horatio. heu heu fugaces posthume posthume labuntur anni. Hūc textū mutaui et auxi. mutaui quidē ꝙ epanalepsis q̄ grece d̄r repetitio ꝑmā corripit. Cōponit̄ ei ab epi ꝑpositio q̄ interdū dicit re vt epilogus: habetꝗ ꝑmā correptā: cū noie analepsis q̄ dicitur assumptio Auxi vero: vt grauiū authorū adducerē exēpla: et vt pueri scirent multis modis eādem contingere figurā hanc que ·i rarenter fiat ornatum affert. xxxvij.

Est et epizeusis similis geminatio verbi
Significantis idem: meme petit hectore dignam.

¶ Epizeusis dici potest cōbinatio id enim zeusis importat. Hec eadem epimome dicitur: qđ nomen perseuerantia insistentia vel assiduitas interpretatur. Epizeusis ait Diomedes est eiusdē dictionis in eodem versu sine alia dictione geminatio cum impetu pronuntiationis vt meme assum qui feci in me conuertire ferrum. xxxviij.

Dictio si similis fuerit repetita duobus
Versiculis in principio: sit amphora siue
Vt vitium vites sit ana ac phora vox tibi iuncta
Nate mee vires: mea magna potentia solus
Nate patris summi qui tela typhoea temnis

¶ Anaphora dicitur repetitio vel relatio. Ana .i. re et phora latio. Anaphoricus pro relatiuus Anaphoro refero. Anaphora est: vt Diomedes ait relatio verbi eiusdem aut similis per pricipia versuū plurimorū: vt nate mee vires ꝛc. Itē spes tu nūc vna senecte. tu requies misere: decus imperiumꝗ latini. Te penes: in te o s dom⁹ inclinata recūbit. Sēsus ꝟsiculi: vt vitiū vites est: ꝙ q̄a anaphora ecūdā corripit posset per circūlocutionē dici: vt ana ac phora sit tibi vox iūcta: id est cōposita. xxxix.

Dictio quando eadem mutata parte tamen cum
Toto signato bis ponitur: aut socia eius
Dic paranomasiam: fugit ille fugam similem dic
Non te pretorem predonem dicimus esse
Antaqꝫ naclasis est vario sensu repetita
Non mortem expecto patris: expectem pater orat

¶ Paranomasia vt ait Diomedes dicitur denominatio. Nā tunc fit cum dictio iteratur mutata tamē aut littera aut syllaba significatiōe diuersa vt abire an obire cōuenit. Et non pretorē te sed predonem dicimus Fit quoꝗ quum precedenti nomini aut nomen aut verbū annectitur ex eodem figuratum: vt fugam fugit: factum facit pugna pugnata est. Paranomasia est inquit Fab. ix. quādo eodē verbo quasi falsuꝫ augetur vt que lex priuatis hominibus esse lex videbatur. Cui confinis que antanaclasis dicitur eiusdem verbi contraria significatio: quum proculeus queretur de fi-

132

lio q̄ꝰ is morte͂ suā expectaret ⁊ ille dixisset se vero nō expectare immo inq̄t rogo expectes: vbi expecto in priore significatio significat affectare: in scdo differre. xl.

Nominibus cunctis si iungis epitheton vnq̄
Tunc schesisonomaton dixerunt esse figuram
Marsa manus/peligna cohors/festina virum vis.

❡ Schesisonomaton Diomedes ait: est quum singulis nominibus epitheta cōiuncta sunt vt marsa manus peligna cohors. ⁊c̄. Et aliter Schesisonomatū ait esse quādo in cōnexu sententiarum plures Antonomasie ponuntur: vt armipotens tritonia virgo. Schesis dici potest habitudo vel habitus. Onomaton vero noīm. xli.

At paromeon erit similis si littera multis
Vocibus initium prebet: sic ennius inquit
O tite tute tati tibi tanta tyranne tulisti
Machina multa minax minitatur maxima muris.

❡ Paromeon dici potest simile. Paromeos vero similis. xlij.

Uno verba modo finita ⁊ nomina multa
Homoteleuton faciunt: petit: eripit: ambit
Virgilius sexto dixit: bella horrida bella.

❡ homotoleuton vel homoteoleuton d̄r a Cicerone in dignitatibus similiter desinens nā cōponitur ex homos quod est similiter: ⁊ teleuton finitū. Telos vero finis. Telo finio perfitio Teleute finis. est aūt oratio similibus verbis aut vocibus terminata: vt apud Enniū. Eos reduci q̄ꝫ relinqui: tenui q̄ꝫ deseri malui. Virgilius. bella horrida bella. huic autē contraria est polyptoton: quia pluriū est noīm. xliij.

Si similes casus vel fines clausula sumit
Ut iustis ducibus sapientibus atqꝫ benignis
Merentes flentes lachrymantes ac miserentes
Fertur homoptoton tunc esse figura pelasgum.

❡ homoptoton dicitur similiū vel similiter cadens homos enim similiter et ptosis casus est dicitur etiam homeoptoton homeos namqꝫ similis est homoptoton est oratio vno similiqꝫ casu compacta vt apud Salustiū teste Diomede Marius ducibus fortibus strenuisqꝫ ministris: ⁊ aliter fit cum oratio excurrit in eosdem ⁊ similes casus: vt Ennius Merentes/flentes/lachrymantes/ac miserentes. xliiij.

Datqꝫ polyptoton varios casus retinendo
Clausula: littoribus contraria littora fluctus
Fluctibus esse precor: populis populos inimicos.

❡ Polyptoton. i. quod multiplex habent casum. polys enim multus est ptosis casus Polyptoton ait Diomedes est oratio casuum varietate distinctat: vt in Teren. Te solum habemus tu es patronus tu pater. Ille tibi moriens nos cōmendauit senex: si deseris tu nos perimus. Item Virg. littora littoribus contraria. xlv.

Longa quidem series constructus hyrmos habetur
Est in secessu longo locus insula portum
Efficit obiectu laterum: quibus omnis ab alto
Frangitur: inqꝫ sinus scindit sese vnda reductos

G 4.

Hinc atqꝫ hinc vaste rupes ꝛc. Enei. i.

¶ Hyrmos dicitur quasi syrmos quod est tractus: nā series est orationis vel constructio continue tenorem suum in multos versus protendens. Unde (teste Seruio) hyrmos longissimum est hyperbaton. Uirgi. vi. Principio celum ac terras camposqꝫ liquentes. Lucentemqꝫ globum lune titaniaqꝫ astra. Spiritus intus alit. ꝛc. Syrma etiam tractus dicitur et syro traho. xlvi.

Esto climax proprie subscripta gradatio lector
Torua lena lupum sequitur lupus ipse capellam:
Florantem cathisim sequitur lasciua capelle:
Te corydon o alexi. ꝛc.

¶ Climax dicitur gradatio (teste Fabio lib. ix) ꝛ est figura cū de vbo in verbū fit gradatio. repetit enī q̄ dicta sunt ꝛ priusqꝫ ad aliud descēdat in prioribus resistit vt industria parit virtutē/virtus gloriā/gloria inimicitias/inimicitie pericula. Clima climatos regio dicitur. Climax vero climacos scala vel gradatio. xlvij.

¶ De tropis.

Tropus est verbi vel sermonis a propria significatione in aliam cū virtute mutatio. Fabius. viij. Tropos item sermo est a principali significatione translatus ad aliā ornande orationis gratia: vel tropos dictio est ab eo loco in quo propria erat translata in eum in quo propria non est. Fabius. ix. Tropi dicti ex eo ꝙ vertant orationem: vnde et motus dicitur auctor idem Fabius. Tropeo autem verto significat Trope vero mutatio seu conuersio. Tropi sunt asserit Diomedes metaphora/metalepsis/antonomasia/onomatopeia/hyperbaton/allegoria/catachresis/metonymia synecdoche/periphrasis/hyperbole/homeosis. Horum autē omnium generalis est metaphora: ceteri omnes species videntur. xlviij.

Quum res est alij similis pro nomine nomen
Ponitur: hinc iuuenis simplex hic dicitur agnus.
Id sic translatum tibi rite metaphora fertur

¶ Metaphora ex meta componitur quod est trans et phora latio: vnde metaphoro transfero: ꝛ metaphora dr̄ latine trāslatio: quod etiā Fabi⁹ scribit. viij. que quidē vt ait copiā auget sermonis permittendo mutuari que non habet: quodqꝫ est difficillimum prestat: ne vlli rei nomen deesse videatur: transfertur ergo nomē aut verbū ex eo loco in quo propriū erat in eū in quo aut propriū deest: aut translatū proprio melius est. Id facimus aut q̄ necesse est aut q̄ significantius est aut quia decētius. Unde necessitate rustici dicunt gemmā in vitibus: qd̄ enī dicerēt aliud: et sitire segetes. Item alia ad ornatum: vt Cicero lumen orationis generis claritatem ꝛ concionum procellas ꝛ eloquentie flumina: sic Maro dixit classiqꝫ immittit habenas. Item arrectisqꝫ auribus astant: ferrumqꝫ armate veneno: nam et venenū armare et ferrū armari translatio est: vt idem Fabius. viij. scribit. Et metaphora aut necessaria locum occupare debet aut si in alium venit plus valere eo quem expellit. Debet preterea esse constans ac perpetua ne monstrum conficias: quale Horatius describit in principio de arte poetica. Sane deberet secundum corripere. xlix.
Id sic translatum nobis translatio fertur
Sed grecis coniuncta meta: ac phora nomen habetur.

Nempe catachresis dicetur abusio nobis
Pyxides ebuxo proprie dicuntur: at illas
Quodlibet e ligno dicunt seu materiato.

¶ Catachresis dici pōt a nobis abusio vel vsurpatio. Cata nāqꝫ cōtra dicit et chresis vsus quasi sit contra vsum. Hec aūt vt Fab. scribit. viij. non habentibus nomen suum accommodat: quia in proximo est. Sic dicuntur pyxides cuiuscunqꝫ materie sunt et

parricida matris quoqꝫ aut fratris interfector. vtile oportunū ait idē in dicto lib. Multa sunt grece et latine nō denominata. Nam et qui iaculū emitti iaculari dicit qui pilā aut sudem appellatione priuatim sibi assignata caret et vt lapidare quid sit manifestum est. Ita glebarum testarūqꝫ iactus non habet nomen: vnde abusio q̄ catachresis dicitur necessaria. hec ille. Parricida debet secundā corripere sicut et homicida: qua propter mutaui exēplū in quo pixides bn̄ vltimā corripit qr grecū. l.

Fertur abusiuus nobis catachresticos illis
Fertur abusiue tantum sperare dolorem

¶ Catachristicos dici potest abusiue. Virgi. x. an sese mucrone ob tantum dedecus amens induat. proferiat abusiue dixit catachresticos nomē abusiuus dicitur aduerbium vero abusiue catachreme autem abutor. li.

Fit metalepsis enim cum dicto forte gradatim
Id quod demonstrat pergit: tibi testificatur
Post aliquod mea regna videns mirabor aristas

¶ Metalepsis figura est quā nos varie translatiuam transsumptiuā transpositiuā vocamus: vt Fab. ait in iiij. componitur aūt ex meta et lepsis que est acceptio hinc transsumptio dicitur. Metalābano aūt transsumo ac muto fitqꝫ cum aliqua dictio aliud a sua propria significatiōe ex his que precesserūt denotat vt ibi. Post aliquot mea regna videns mirabor aristas. hoc est segetes et sic estates. et ob id ānos. lij.

Pone tenens lector pro contento: aut vice versa
Nunc pateras libate ioui vel vina coronant
Pone inuentorem pro inuentis: siue deum quem
Pro re cui presit: seu pro coitu venerem dic
Nempe metonymiam concedimus esse figuram

¶ Metonymia dicitur a Diomede transmutatio fit autē multis modis per id qđ cōtinetur id quod continet. Sic crateras magnos statuunt et vina coronāt non enī vina sed crateras in quibus vina per id qđ continet id quod cōtinetur. Sic celo gratissimus amnis pro dijs q̄ celo continentur inuentorē qđ inuentū est aut per dominantem quod subiectum sit. Sine cerere ⁊ baccho friget venus. vult enī per cererē panē intelligi: per bacchū vinū: per venerē cubitū: per inuētū inuentorē. aut p subiectū dominātem sic et vt vinūqꝫ precemur. nā hic presens deꝰ est: ab eo qđ facit sic frigus pigrū mestū timorem. i. qui mestos facit metanomazo aut transnomino dicit metonymia transnoiatio fertur a Diomede vero transmutatio vt diximꝰ. liij.

Antonomasia est pro nomine sumpta loquela:
Si proprium nomen retices ponens generale
Sic quoqꝫ Vergilium: nomen dicendo poete

¶ Antonomasia dici potest pro nomie. i. vice nominis positio. magnanimus anchisiades pro enea. et saturnia pro iunone. Fab. octauo. Antonomasia vt Diomedes ait est vocabulum quod sine nomie positum loco eius fungitur vt est. Arma virūqꝫ cano vbi intelligitur eneas. Item domitor maris dicitur et intelligitur neptunus. Fit autem modis tribus ab animo: vt magnanimus anchisiades. i. eneas a corpore vt ipse arduus. i. polyphemus: extrinsecus vt infelix puer atqꝫ impar congressus achilli hoc est troilus. liiij.

Appositum proprio mihi fertur epitheton esse
Alma ceres ⁊ pulchra venus vel tristia bella

¶ Epitheton recte dicimꝰ appositum vel adiectiuū nōnullis sequēs dicitur: vt dulce mustū eo poete et frequētius et liberius vtūtur. Itaqꝫ et dentes albi et humida

vina in his non reprehendimus apud oratorem nisi aliquid efficitur redundat tūc
autem efficitur si sine illo quod dicitur minus est qualia sunt o scelus abominandū
o deformē libidinē. Fab.viij.Cōponitur aūt ex epi qd hic dicit in et thethon positū
sumūtur aūt epitheta modis tribus ab animo:vt iustus imperator cōtemptor di=
uū mezentius a corpore vt pulcher iulus:ex trinsecus vero q sumūtur in plures spe
cies diuidūtur sunt eni ab loco ab actu ab euētu ab loco.vt vlyxes ithacus ab actu
vt eneia nutrix caieta.ab inuentu vt insula diues opū tenedos.Epitheton ab anto
nomasia differt hec eni vicē nois sustinet illud vero nūꝙ est sine proprio noie vt do
natus edocuit.Solet tñ gñaliter sūptū vocari epitheton etiā appellatiuo appositū
adiectiuū vt nix alba.Qd tribus pcipue de causis apponi solet:aut ad perpetuā rei
naturā significandā:vt nix alba:ignis calidus:aut ad naturalē eius effectum:vt fri
gus pigrū furor cecus aut ad discretionē:vt ida phrygia cū sit etiā incerta. lv.

Pro numero numerum si pono sinecdoche habetur
Exemplū vanes armato milite complent
Si patrem sumes pro toto vel viceuersa
Da requiem puppi veniet cum frigidus annus
Et si quod patri duntaxat inest dabo toti
Sic paris in quarto regitur per mobile nomen
Aut verbum neutrum vel passiuū.aut vtriusꝙ
Participans:quo more habitus quoꝙ ponitur ipse
Alta pedes mulier:frigere genu solet:atꝙ
Expleri mentem nequit at crus fracta quiescet
Nuda genu nodoꝙ sinus collecta fluentis
Qui genus idꝙ genus sic dico et cetera graius
Pro specie genus interdum pono et viceuersa
Austros pro ventis veluti dare classibus austros

¶ Sinecdoche est conceptio vel cōprehensio A cicerone vero in dignitatibus dicit
intellectio.Synecdochios aūt aduerbiū comprehensim denotat est aūt figura cū
a parte totū vel a toto pars intelligitur vt pupi.i.naui frigidus annus.i.frigida hy
emis meminisse autē debemus ait Donatus qñ fit a parte totū faciendū esse ab in=
signiori parte.synecdoche est etiā ibi.Nuda genu.nodoꝙ signus collecta fluentes.
i.habens nudū genu:et habēs collectos sinus.Fit eni quotiens partici | iū preteri=
ti tēporis a passiuo iūgimus casum actm̄ vt deiectus animū:mesta vultū.Seruius
primo enei.sed in carmina potius ꝙ in prosa vtemur.Synecdoche item est vt Fa=
bius ait nono cū subtractū verbū aliquod satis ex ceteris intelligitur:vt Celius in
antonium Stupere gaudio.simul enim auditur cepit.Cui similia sunt illa meo qui=
dem iudicio in quibus verba decenter pudoris gratia subtrahūtur. Nouim⁹ ꝛ qui
te transuersa tuentibus hyrcis.Et quo sed faciles nymphe risere sacello.hanc qui=
dā,aposyopisim putāt frustra.nā illa quid taceat incertū est aut certe longiore ser=
mone explicandū hic vnū verbū et manifestū quidem desideratur:q si oposiopisis
est nihil non in quo deest aliquid idē appellabitur:hec ille.Fit itaꝙ synecdoche cō=
structiōis ppe per nomē adiectiuū sed eā vt in elegantiis docet Valla summopere
vitāt oratores precipue in actō:vt nuda genu nodoꝙ sinus collecta fluentis.enei.
i.in quo exemplo regitur etiā actūs habitus seu amictus.dico proprie quia secūdū
Seruiū per alias partes dicetur potius greca figura:sed confuse vocamus etiam
synecdochen dum fit per verbū absolutū vt frigeo genu aut passiuum vt frāgor mē
bra.expleor mentē.Aut per eorū participia vt fractus membra labore. Horatius

De figuris Opusculum.

in principio ser. fit etiã dũ queritur q̃d genus. Aut dum dicimus id genus pro eius generis quod vltimũ etiã oratori vsurpare licet. Itẽ Maro dixit enei. ij. cetera graius. i. per cetera. Solemus tamen fere exponere huiusmodi locutiones per verbum habeo: vt fractus membra: habens membra fracta ⁊c. lvi.

Finge nouas voces onomatopeia fiet
De sonitu factas. sus scropha hinc dicitur esse

¶ Onomatopeia est onomatos. i. nois peia. i. fictio hinc etiã Fabius in viij ait onomatopeia est fictio nomi̇s greci inter maximas habita virtutes. nobis vix permittitur inde tamen mugitus et sibilus et murmur venerũt. Fit autem quando vocis confuse nomen adimitandum sonum affigimus: vt ouiũ dicimus balatum boũ: mugitum equorũ hymnitum terribilis buccine sonitum Taratantara. Ennius. Et tuba terribili sonitu taratantara dixit. lvij.

Circuitus romane periphrasis esto loquendi
Et iam prima nouo spargebat lumine terras
Tithoni croceum linquens aurora cubile
Jam lucescebat: vel lux erat orta: notatur

¶ Periphrasim vocãt circuitũ eloquendi. vt docet Fab. lib. viij. Fitꝗ quum id q̃d vno aut paucioribus verbis dici possunt pluribus explicantur vt tempus erat quo prima quies mortalibus egris incipit: et dono diuũ gratissima serpit. Item ouium teneros depellere fetus. i. agnos. Periphrasis demum circũlocutio dicitur. Peri est circũ vel circa dicit phrasis locutio fertur et phrazo dico vel dissero. lviij.

Transcensus veri manifestus hyperbola fiet
Astra ferit sonus armorum clãgorꝗ tubarum

¶ hyberbole dici potest eminentia. vel vt ait Cicero superlatio a Fabio lib. viij. superiectio interpretatur a quibusdaʒ vero excessus dicitur. Cõponitur eni ex hyper quod est super et bole q̃d est iactus vnde figura dicitur cũ dictio excedens fidẽ ponitur augendi minuendi ve gratia. augendi vt niue candidior et fulminis ocyor alis. Minuendi vt cadentis te folij sonitus terreret. vt vix ossibus herent. lix.

Vocum turbatus formabit hyperbaton ordo
Lõgius est verbũ quoties fit hyperbaton illic

¶ hyperbaton verbi trãsgressio interpretatur secũdum Fabium octauo libro quã frequenter ratio comparationis et decor poscit fit enim frequentissime aspera ⁊ dura et dissoluta et hians oratio: sed ad necessitatẽ ordinis sui verba redigantur. longius ergo verbũ proprie hyperbaton est. vt animaduertite iudices omnem accusationis orationem in duas diuisam esse partes: nam in duas partes diuisam esse rectum erat sed durum ⁊ incomptum. huius vero tropi species sunt quinꝗ vt asserit Diomedes. Anastrophe. Dacope. vel Tmesis. Dyalisis vel Parẽthesis. Synthesis. hysterologia siue hysteron proteron. hyperbeno autem transcendo dicit: vel trãsgredior. hyperballo extendo supero. hyperbasia vel hyperbasis trãsgressio. lx.

Transtra per et remos dicatur: anastropha fiet
Dictio si subsit cum sit precedere digna, vt 2 prior ĩ hic versus nisi forsan A= nastropha fiat

¶ Anastrophe dicitur inuersio: est enim vt ait Diomedes duorum verborum ordo preposterus. vt transtra per et remos: est eni per transtra. Itẽ Italiam contra pro cõtra italiã. docuit vero q̃dã ꝙ anastropho reuertor est nobis et anastrophe reuersio. lxi.

Dat tmesim partes in binas dictio secta
Est boree regio septem subiecta trioni

¶ Tmesis vel diacope est vnius compositi vel simplicis sectio. vna dictione vel pluribus interiectis vt septem subiecta trioni: et saxo cere comminuit brũ. pro septẽ trioni et cerebrũ. Tmesis aũt proprie dicitur sectio scissio diuisio. Temno ẽi incido significat. Tmaõ scindo. Diacope ex dia prepositione cõponitur. dia aũt. i. per. et copto incido quasi intercisio. diacopto item intercido significat. lxii.

Vox interposita est dicenda parenthesis apte
Tu mihi (namq; pius) noctesq; diesq; fauebas

¶ Parenthesim greci vocant ait Fab. ix. nos interpositionem vel interclusionẽ dicimus dum continuationi sermonis medius aliquis sensus interuenit vt Eneas: neq; enim patrius consistere mentem passus amor: rapidum ad naues: pmittit achatem. Componitur aũt ex para et en quc duo dicunt inter et thesis positio. eandem Diomedes Dialysim vocat id est dissolutionem. lxiii.

Sinchesis est vocũ aut sensus confusio longa:
Vina bonus que deinde cadis onerarant Acestes

¶ Synchesis dicitur a nostris confusio. nam Syn dicit con et chesis fusio. est autem hyperbaton obscurũ ex omni parte: vt vina bonus &c. cum sit ordo. Deinde heros diuidit vina que bonus acestes onerarat cadis. et de trinacrio littore abeũtibus dederat. item secum en. Iuuenes: fortissima frustra. Pectora &c. est enim ordo iuuenes fortissima pectora frustra succurritis vrbi incense oẽs dij quibus imperium hoc steterat excessere adytis arisq; relictis videtis que fortuna sit rebus: si vobis certa cupido est sequi me audentẽ extrema ruamus in media arma et moriamur. lxiiii.

Hysteron et proteron: nutrit peperit: vocitatur
Hec sit cum rectam seriem sentẽtia mutat

¶ hysteron dicitur a nostris vltimum post vel nouissime. Proteron vero prius & inde. hysteron pteron figura noiatur. quũ sentẽtia ordine cõmutatur vt postq; altos tetigit fluctus et ad equora venit nã prius ad equora venit quã tangeret fluct9 hystorologia dici potest preposterus sermo estq; eadẽ figura cũ hystero protero. lxv.

Allegoria datur nobis inuersio: fitq;
Quum verbis aliud sensuq; aliud reperitur
Claudite iam riuos puere sat prata biberunt

¶ Allegoriam Fab. viij. inuersionem interpretatur vt aliud verbis aliud sensu ostẽdant O nauis referent in mare te noui Fluctus: o quid agis. fortiter occupa. Portum totusq; ille Horatij locus odarũ primo qui nauẽ pro populo fluctuũ tempestatem pro bellis ciuilibus. portum pro pace atq; concordia dicit. et Virg. in fine secundi georg. Sed nos immensum spacio conficimus equor. Et iam tempus equum fumantia soluere colla. hoc est que tractanda fuerant explicuimus iam congruũ est carmen finire. Eius preterea septem sunt species eminentiores Ironia. Antiphrasis. Carientismos. Paremia. Sarcasmos. Asteismos. lxvi.

Ironia quidem mihi dissimulatio fertur
Ironia quidem multis illusio habetur
Quum sermo ostendit recto contraria sensu
Egregiam vero laudẽ et spolia ampla refertis
Tuq; puerq; tuus magnum et memorabile numen
Vna dolo diuum si femina victa duorum est

¶ Ironia diuersum ei quod dicit intellectũ petit vt Fab. docet in vi. Idẽ vero scribit lib. viij. Ironiã illusionẽ vocãt qua cõtraria ostendũtur que aut pronunciatione intelligitur: aut persona: aut rei natura quale est Egregiam vero laudem et spolia

ampla refertis: Tuq; puerq; tuus: hāc nisi grauitas pronunciationis adiuuerit confiteri videbitur quod negare contēdit. Item. Uerres pretor vrbanus homo sanctus et diligēs Et in Clodiū. Integritas tua te purgauit mihi crede. pudor te eripuit vita antea acta seruauit. lxvij.

Antiphrasis vox est signans contraria dicto
Dicimus hinc parcas: quia nulli parcere norunt

Antiphrasis est vnius verbi ironia. Componitur autem ex anti quod est contra et phrasis locutio. Est enim dictio e contrario significās: vt bellum dr quod minime bonū. Et parce quod minime parcant: vel poti⁹ a partu littera immutata quasi parte: vt Uarro voluit Gellio referente lib. iij. Nascētibus eni hoibus bonum et malum cōferunt: vt hesiodus edocet. Qua etiam figura nonnunq; quos nanos conspicimus atlantes vocamus et ethiopes argēteos. hec ab ironia differt q; ironia pronunciando mutat effectum et significationē: antiphrasis vero diuersitatem rei notat: vt Diomedes ait. Antiphraticos preterea contradictorius dicitur. lxviij.

Obscurus sermo cunctis enigma vocatur
Mater me genuit eadem mox gignetur ex me.

Enigma est sermo in oratione rerum obscurus: vt si dicatur. Mater me genuit &c. quod difficile intellectu videtur. Dicitur autem de niue aut glacie que ex aqua genita aquam per resolutionem gignit. lxix.

Sit Charientismos tibi gratificatio dicta
Aspera qua dictu promuntur gratius vt si
Dum percunctarer nūquis me quesierit: mox
Prospera dicatur fortuna: salus bona siue
Per quod signatur nullos de me petijsse.

Charientismos dici potest gratificatio. Nā a Charien quod est gratū vel gratiosum deriuatur ab aliquib⁹ dicitur vrbanitas. Charientizome aūt iocor vrban⁹ sum alludo significat. Charizome vero dono gratificor. Est autē tropus: vt Diomedes ait quo dira dictu gratius proferuntur: vel dictio per ea que grata sunt auribus aliud significans: vt quum interrogamus nūquis nos quesierit: et respondeatur bona salus vel fortuna. Exinde intelligitur neminem nos quesiuisse. lxx.

Si dices lupus est in fabula amice. figura
Scribitur a cunctis tunc rite Paremia dici
Grāmatici appellant prouerbiū hanc tamen omnes

Paremia dicitur a nostris prouerbium: vt Uerg. in meri. Lupi merim videre priores: nam etiam phisici confirmant q; voce deseratur is quē prior viderit lupus. Unde etiam prouerbium natum est apud Terentium. in adelph. Lupus est in fabula: quotiens superuenit ille de quo loquimur: et nobis sui presentia amputat facultatē loquendi. Plinius etiam lib. viij. sic. Sed in italia quoq; creditur luporum visus esse noxius vocemq; homini quem priores contemplentur adimere ad presens. Paremyacos autem prouerbialis dicitur. lxxi.

Sarcasmos plena est odio derisio ab hoste,
En agros et quam bello troiane petisti
Hesperiam metire iacens Maro fert duodeno

Sarcasmos est plena odio atq; hostilis irrisio: vt Pyrrhus ad priamum. Referes ergo hec: et nuncius ibis pelide genitori: illi mea tristia facta. lxxij.

Effertur quicquid sine rusticitate facete

Ipsa figura quidem Asteismos dicitur esse
Qui bauium non odit amet tua carmina meui
Atq; idem iungat vulpes et mulgeat hircos.

¶ Asteismos.i.vrbanitas: est tropus multiplex numeroseq; virtutis. Nã asteismos putatur quicquid rustica simplicitate caret: et faceta satis vrbanitate exponit: vt apud Vergi.in buco. Qui bauiũ non odit amet tua carmina meui.i.pro pena ei contingat vt diligat Meuiũ peiorẽ poetam. Nam Meuius et Bauius pessimi fuerũt poete inimici tam Horatio q; Vergilio. Vñ Horatius. Mala soluta nauis exit alite ferẽs olentem Meuiũ. Atq; idem iungat vulpes et mulgeat hircos.i.faciet que contra naturam sunt Asteiso autem iocor dicit Asteios vrbanus Asteizome vrban⁹ sum. lxxiii.

Fertur homeosis quotiens simulatio facta est
Sunt species icon de parabola seu paradigma.

¶ homeosis dicitur a nostris similitudo. Nam tropus est cum ex similitudine alienius cogniti in similitudinem deuenimus incogniti. lxxiiii.

Ad formam forme collatio dicitur icon
Omnia mercurio similis vocemq; coloremq;

¶ Icon est quũ forme ad formã cũ quadã similitudine fit collatio vel cõparatio aut laudis vel vituperationis causa: vt ibant in prelium corpore tauri validissimi impetu leonis acerrimi. Similiter iste quotidie per forum tanq; iubatus draco serpit dentibus aduncis. Item os humerosq; deo similis. lxxv.

Ponitur exemplum tibi vel collatio quando
Illa figura venit que nempe parabola fertur

¶ Parabola cõparatio dicitur: nã valet dici iuxta sniam. Fit eni ex para quod indicat iuxta & bule consiliũ vel snia quasi rerũ dissimiliũ comparatio. Verg.in.ii. Qualis mugitus fugit cum saucius aram. Taurus et incertam excussit ceruice securim. Itẽ Qualis in eurote ripis.&c. Fab.lib.v. Parabolam appellat exẽplum. Diomedes similitudinem alii comparatione. lxxvi.

Dicti vel facti exemplum fertur paradigma
Anthenor potuit mediis.&c.

¶ Paradigma dr a Fab.in.v.exemplũ. Est enim exempli hortantis vel dehortãtis enarratio. Horati⁹.vt Anthenor potuit.&c. Itẽ pallas ne exurere classem argiuũ.&c. Dehortantis: vt At non sic phrygius penetrat lacedemona pastor ledeamq; helenã troianas vexit ad vrbes paradycnio aut exemplifico dicit. lxxvii.

Sepe relata quidem sententia Epimane habetur
Intercalares versus illud manifestant:
Incipe menalios mecum mea tibia versus:

¶ Epimone dici potest perseuerantia: vt superius in Epizeusi dictum est nũero trigesimo septimo. lxxviii.

Si ponatur agens patiens res vel vice versa
Siue modo simili tibi sit conuersio facta
Trade rati ventos dicatur Hypallage habetur.

¶ hypallage dicitur submutatio Nam componitur ex hypo quod est sub: et allage mutatio. Dicitur autem figura cum verba per aduersum intelligantur: vt trade rati ventos pro ratem ventis ab aliquibus vero hypallage dicitur subalternatio & hypallatto subalterno. lxxix.

Urbem quam statuo est vestra Antiptosis habetur

¶ Antiptosis dici potest latine pro casu: figura est quando casus pro altero casu ponitur: vt vrbem pro vrbs. Fit enim ex anti quod est pro et ptosis casus. Pro autem producitur: quia per o magnum scribitur. lxxx.

Quando adiectiuum in substantiuum resolutum est
Endiadys fiet Calybem frenosq; momordit
Ueteris Endiady pateris libamus et auro.

¶ Endiadys figura est quum resoluitur in substantiuũ adiectiuum: vt calibem frenosq; momordit pro calybeos frenos. Et pateris libamus et auro. id est pateris aureis per endiadyn: vt Seruius docet libro secundo Geor. Endiadys autem componitur ab hen quod est vnum ⁊ dis per et dyo duo: id est quãdo vnum per duo dicitur sed cum hen habeat h/ potius hendiadys cum h scribi debeat. lxxxi.

Si dicas minus et plus signes liptote habetur
Munera nec sperno: quasi dicam accepto libenter

¶ Liptote dici potest defectiua. Nam a lipo quod est deficio vel linquo deriuatur. Fit autem quum minus dicitur plus intelligitur: vt octauo eneid. Munera nec sperno. id est libenter accipio. lxxxij.

Temporis esse solet descriptio chronographia
Uertitur interea celum et ruit occano nox

¶ Chronographia dici potest temporis descriptio: chronos enim tempus est ⁊ graphia scriptura. Chronicos ꝓo tp̄alis dr̄. Chronizo aũt tardo moror ꝑseuero. lxxxiij.

Topographia loci sed mundi Cosmographia
Lucus in vrbe fuit media letissimus vmbra.

¶ Topographia loci descriptio. Nam topos locus: ⁊ graphia scriptura dicitur. Hec eadem Topothesia dici potest. Topos enim locus et Thesis positio dicitur. Est autem topographia veri loci descriptio. Topothesia ficti auctor. Lactãtius li. ij. theb. et Ser. i. enei. Cosmographia dicitur mundi descriptio. Cõponitur autẽ ex cosmos quod est mundus ⁊ graphia scriptura: pictura ve. Cosmeo autẽ orno significat. Cosmicos mundanus dicitur. Cosmios ornatus honestus. Cosmos ornamentũ quẽ et latini mundũ vocant: ⁊ mundus orbis etiã dicitur. lxxxiiij.

Respondens ad que sunt forsitan obiicienda
Des anthypophoram cum nil tamen obiiciatur
Sum pius heu doleo nam mihi sepe nocet.

¶ Antypophora fit cũ tacite obiectioni respondetur. posset me quisq; interrogare: quum dico sum pius. heu doleo: cur doles idcirco respondi. nã mihi sepe nocet. Anti contra dicit hypophora subduco vel suffero quasi cõtraria subductio. lxxxv.

Antitheton grece contra positumq; latine est
Frigida pugnabant calidis: humentia siccis
Mollia cum duris: sine pondere habentia pondus.

¶ Antitheton dici potest nostris cõtrariũ vel cõtrapositũ. nam figura est cum contraria contrariis opponuntur vt patuit per exempla. Antitheton contrapositũ vel contentio dicitur. vt Fabius nono docet. Sed nõ vno fit modo: nam et fit si singula singulis opponuntur. vt vicit pudorẽ libido: timorẽ audacia. et bina binis. nõ nostri ingenij. vestri auxilij est. et sententia sententiis. vt dñetur in cõcionibus: taceat in iudiciis. Cui cõmodissime subiungitur ea species que distinctio dicitur. Odit populus romanus priuatam luxuriam: publicam magnificentiam diligit. lxxxvi.

Diligo me: tu te. solet idiophasis esse

Allophylos tu me: me vel te diligit ille.

¶ Idiophasis venit ab idios grece latine proprius et phasis. i. fama: vel dictio allophylos dici potest alienigena. nam componitur ex allo quod est aliud et philon quod est genus/gens/natio. lxxxvij.

Brachilogia refert q̄ plurima sub breuitate
Ferte citi ferrum. date tela: impellite remos.

¶ Brachilogia dr̄ a nr̄is breuiloquiū. nā a brachy qđ est breue cōponit̄ et logia locutio Brachilogos autē breuiloquus. Fit aūt (Fabio teste lib. viij) quū plura paucis cōplectimur: vt Cice. ꝯtra cōcionē Metelli teste eodē li. ix. q̄ iudicabant̄, eos vocari custodiri ad senatū adduci iussit. Idē ꝓo gen⁹ dr̄ etiā asynthetō eodē auctore. lxxxviij.

Fertur erotema at quoties interrogat vllus
Quid melius turdo: vulua quid dulcius ampla:

¶ Erotema vel erotima interrogatio dicitur. Erotao interrogo. lxxxix.

Fertur ephexegesis que declarat prius acta.
Tolle fuga Turnum atq; instantibus eripe fatis.

¶ Epexegesis vel ephexegesis interpretatur expositio: ab epi prepositione: et hexegesis interpretatio expositio. Exegeo me autem expono. xc.

Absenti sermo directus apostrophe habetur
Sic loquor absenti scriptam dum mitto salutem
Hanc tibi priamides mitte ledea salutem.

¶ Apostrophe dicitur a Fabio libro nono aduersus sermo siue aduersio. Est autem figura locutionis quum ad aliquē per secundam personam fit conuersio: vt te nunc alloquor Aphricane. Apostropho autem auerto significat. xci.

Pars in frusta secant dic synthesin esse figuram
Que fit quando rei ratio: non vocis habetur
Ut collectiuo pluralia si socientur
Aut genus a rebus generalibus accipiatur
Sola vt bubo queri fertur: preneste sub ipsa

¶ De Synthesi latius docet Sulpitius in bello de constructione videatur ibi dicit etiam Seru⁹ in illud quarti enei. Solaq; culminibus ferali carmine bubo. Visa queri. q relicta specialitate sepe sumitur genus a generali: vt sola bubo subaudi auis: q: bubo mascu. est: vt apud Ouidiū bubone sinistro. Et cū dicit̄ preneste sub ipsa. intelligitur vrbe. ꝛc̄. ¶ Synthesis dici potest compositio. Fit autem cum singulare nomē collectiuum verbo plurali componitur vt populus clamant. xcij.

Personamq; nouam formans das prosopopeiam.
Qui modo nasonis fueramus quinq; libelli.

¶ Prosopopeia ꝑsone fictio: vt Fabius in nono scribit. Cōponitur autē a prosopō qđ est ꝑsona et Peio facio vel fingo. Figura est vel quando inanimatum ad animatum loquitur: vt patuit in exēplo: vel animatum ad inanimatum: vt Horatius. Quid amplius o mare. et o terra ardeo. Vel quando etiam ad inanimatū ipsum quoq; inanimatū loquitur: vt apud Oui. Met. li. ij. Terra ad maria loquitur: et flumina. xciij.

Euphonia bonus sonus est: vt dictio pulchra
Titydes pro tydides sic aptius aiunt.

De figuris Opusculum.

¶Euphonia transfertur a Prisciano bona sonoritas: a Quintiliano autem vocalitas ab aliquibus bona vox. xciiij.

Confundit numerum casus genus aleotheta
Siue alleosis que permutatio fertur
Pars manibus validi turres et menia scandunt
Turbarunt in me luxuriosa porci
Urbem quã statuo vestra est subducite naues

¶Alleotheta dici potest latine aliter posita Allos enim est aliter et Theta posita. Priscianus lib. xviij. interpretatur Alleothetam variationem. Alleos enim aduersus ac varius dicitur Alleo permuto Alleosis permutatio Confundit autem numerũ vt pars in frusta secant. Casus vt tu mihi quodcũq hoc regni pro hoc regnum. Item vrbem quã statuo vestra est pro vrbs. Genus Uirg. in buccolicis. Dulce satis humor depulsis arbutus hedis Lenta salix feto pecori mihi solus amyntas. Ad dulce enim qd est neutrum tam feminina q masculina reddidit. xcv.

Altior est quotiens sensus q quẽ tibi verba
Declarant vel q dicis plus significatur
Aut etiam quod non dicis scito Emphrasin esse

¶Amplior virtus est. Emphosis ait octauo Fabius altiorẽ pbens intellectũ queq verba per se ipsa declarãt. Eius due sunt spẽs Altera que plus significat q dicit. Altera q etiã id qd nõ dicit. Prior est apud homerũ cũ Menelaus graios in equũ descendisse ait. Nã verbo vno magnitudinẽ eius ostendit. et apud Uirg. Demissũ lapsi per funem. nã sic quoq magnitudo demõstrata est. Itẽ Cyclopa quũ iacuisse dicit per antrũ prodigiosum illud corpus spacio loci mensus est. Sequẽs positum est in voce aut omnino suppressa aut etiã abscissa supprimitur vox vt fecit pro ligario Cicero. Quod si in tanta fortuna bonitas tanta non est qnã tu per te inquã obtines intellecto quid loquor. Tacuit eni illud quod nihilominus accipimus non deesse homines qui ad crudelitatẽ eum impellerent. Uirg. ita primo georg. Emphasim facit auctore Seruio. Dicit enim Quum iam glãdes atq arbuta sacre. Deficerent silue et victum dodona negaret significatur eni etiam id quod nõ dicit hoc est nõ solum alie sed etiam sacre namq harum sterilitas aliarum denotat infecunditatem. Emphasis autem dicitur significatio demonstratio effigies. Empheno manifesto. Emphanizo declaro demonstro. xcvi.

Quum plures voces vno accentu legis esto
Lectar hyphen: etenim vel quando quidẽ manifestã.

¶hyphen dici potest subunio hypo eni sub et hen vnum significat. Et tũc fit cũ plures dictiones sub vno accẽtu legũtur vt qñquidẽ et similia. Est ãt accẽtus. i. virgula ab vltima littera prime dictionis ad primã sequentis subducta vt theologos. xcvij

Epanhodos grece est regressio quippe latine
Hic par est vobis non par mihi iulius arte

¶Epanhodos grece dicitur nr̃i regressionem dicunt: vt Fabius ait lib. ix. Nec solũ eodem sensu: sed etiã in diuerso per eadem verba: vt principium dignitas est pene par. non par fortasse eorum qui sequebantur. Item magnus est labor dicendi non magna est res. Epanhodos fit ex Epi et ana que duo simul etiam et iterum siue retro indicant et hodos via quasi retro viam id est regressionem indicet vt principatus bonus est non bonus autem qui in tirannidem cõmutatur. xcviij.

Alterius iuxta formas aliquid reperitur
Descriptum quoties cata cum typosis vocitatur

Omnia mercurio similis vocemqꝫ coloremqꝫ
Et crines flauos et membra decora iuuente

¶ Cartatyposis dici potest secundū vel iuxta figurā Cata enī scđm ⁊ typos figura dicitur. Typosis formatio impressio dicitur aut tropus quum aliquid iuxta alteri' formam describitur. vt Virg. iiij. Omnia mercurio similis ⁊c. xcix.

Si qua per excellens posuere cateroche habetur

¶ Cateroche dici potest per excellentiā vt Virg. in geor. boues per excellentiā nominauit: quum dixit: que cura boum quis cultus habendo sit pecori ibidē vt victuꝫ dodona negaret Cata hic per significat exoche eminentia vel excellentia dicitur ex ochos egregius excellens. c.

Pro astuto sapiens para fitqꝫ diastola dictus

¶ Paradiastole fit teste Fab. lib. ix. quum te pro astuto sapientem appellas ꝓ confidente fortem Componitur aūt ex para id est iuxta: et diastole dilatatio. nam tūc quoqꝫ fieri dicimus quum rem nostram interpretatione dilatamus sic prodigū dicimus liberalem. temerarium fortem et similia. ci.

Hic ego paulus amo euocitatio dicitur esse et
Tu Cicero curris: quam si vis nosse figuram:
Tertia per primam personam siue secundam:
Ad verbum prime vocitetur siue secunde:
Substās atqꝫ vocans vocemqꝫ tenens referentem
Rite subaudiri permittunt euocitatem

¶ Euocatio est immediate reductio tertie persone ad primam vel secundā: vt ego antonius scribo. tu socrates curris. ¶ Ascensius.

¶ Euocatio est continua reductio tertie persone ad primā vel secūdā. vt ego quitilianus declamo: tu Cicero oras. In euocatione quattuor requirūtur. Persona euocās. Persona euocata: remotio copule et verbū concordās cū persona euocās. Persona euocata remotio copule et verbū concordās cū persona euocāte: vt pote que dignior est. Ideo aūt remouetur copula: q: ad idē ꝑtinent et ideo prima nō potest euocare secūdā licet cōcipit eā. Est tn̄ euocatio iplicita in qua persona euocās intelligitur et fit legittime cū verbo substantiuo vt sum pius eneas. et vctō vt vocor Jodocus aut si per relatiuum fiat q: relatiuū est illi' persone cuius antecedēs vt Tu mea scripta legis qui sum submotus ad istrū. sed de relatiuis alibi dicā. Cetera verba volūt personā euocantē exprimi vnde nō recte dixeris Joannes scribo. Verūtn̄ magna est controuersia inter grāmaticos et dialecticos cuius persone sint nomia. Nā grāmatici dicūt esse tertie ꝑter vctōs qui sunt secunde Dialectici aūt dicūt triū esse personarū q: enī inquiūt ꝓpositio seu enūciatio ꝑfecta cōstat ex noie et verbo et nō ex syncathegoreumate necesse est vt cuiuslibet verbi verū suppositū sit nomē. Et cū dicūt grāmatici pronomē dictū et inuētū ꝙ et vt pro noie ponat' addunt dialectici si pro noie ponat' etiā nomē posse poni. Nos āt vt eā litē sub iudice liquam' cēsem' sine noie ꝑ ꝓnomē sepe aptā esse locutionē vt ego scribo. ⁊ per nomē sine ꝓnoie ineptā. vt Priscian' scribo. idqꝫ satis grāmatico vt sciat quō loquatur. cij.

Est autem appositus coniunctio quippe duorum
Substantiuorū: declarant seqꝫ vicissim
Miratur molem Eneas magalia quondam

¶ Appositio est continua coniunctio duorum substātiuorū quorū alterū declarat alterum. vt proximus ille procas troiane gloria gentis. Requirūtur aūt in appositione duo substantiua in eodem casu. ¶ Ascensius.

Apponens fixo fixum casu sub eodem

(Vel ꝙ res eadem: vel ꝙ rector datur idem)
Nil genus aut numerũ curabo sed anteriori
(Quod confusius est vel proprietate notandum)
Confirmans verbum: coniungam mobile fixo
Quodqꝫ suo tamen his qui cõgruat ordo notabo

¶ Ordo est. Ego apponens. i. postponens sine cõpositione ⁊ sine coniunctione fixum fixo. i. vnum substantiuum alteri substantiuo: sub eodem casu vel ꝙ. i. quia eadẽ res datur sup. eis: vel ꝙ. i. quia idẽ rector datur eis nil curabo genus aut numerũ: quia possint esse eiusdẽ generis ⁊ numeri ⁊ diuersoꝝ: sed ego conformans verbũ anteriori. s. supposito dũ suppositũ est: quod scꝫ anterius. i. ꝓcedens substantiuũ est cõfusius vel notandũ. i. nobilitandũ proprietate. s. aliqua per appositũ importata: coniungã mobile fixo quodqꝫ suo proprio. tamen ego notabo qui ordo congruat his et an ponatur scd̃m debitũ ordinem. Sententia est. In appositione que fit dũ vnũ substantiuũ apponitur alteri ad specificandã eius confusionẽ aut ad ꝓprietatẽ denotandã erit conformitas casuũ: qꝛ cũ idẽ significent ab eodẽ regunt̄: sed nõ est necesse vt sint eiusdẽ generis aut numeri. Et si apponatur eis verbũ id conformabit̄ principaliori: hoc est priori secundũ debitũ ordinẽ: sed si adiectiuũ id conformabitur vtriuis substantiuo vt poete cui adijcitur. Exemplũ vbi diuersa sunt adiectiua: vt apud Iuuenalẽ. quanta est gula que sibi totos ponit apros: animal propter cõuiuia natũ. Sũt autẽ diuersoꝝ numeroꝝ quando alterũ caret singulari: vt formosum pastor choridon ardebat alexim delitias dñi. Aut alterũ est collectiuum et alterum plurale: vt Quid meruere boues animal sine fraude. Ite mee quondam felix pecus ite capelle vbi ordo est: o capelle mee: quondam felix pecus. ⁊c̃. Et ideo dixi notandum qui sit debitus ordo. De appositione autẽ dixi supra. Sulpitius. C. iij.

Sillepsis siue est conceptio tripliciter fit
Et genere et numero et persona indignius autem
Hic deducendũ est ad dignius optime lector
Dignius est generis quod noscitur anterioris
Sic et persone: numeri sed posterioris
Unde genus primum duo concipit altera: verum
Quod mediũ est neutrũ: sed neutrũ cõprimit ambo
Quando carent anima: virga et baculus mihi grata.
Idem lucidum de personis puto dandum
Ni ꝙ persone nõ est vis vlla supreme
Concipere an sextum rectus queat addubitabis
Tu quid ego et populus mecum desideret audi

¶ Conceptio seu syllepsis est adductio indignioris ad dignius. Fit aũt tribus modis genere numero et persona. genere vt masculinũ concipiat femininũ ⁊ neutrum femininũ vero concipiat neutrum. vt Quintus et martha sunt mei. Pyrrhus ⁊ hoc animal sunt tui: martha et hoc aĩal sunt nostre. Lucanus primo. Uis erat hic leges et plebicita coacte. Masculinũ genus dignius est feminino et neutro: ⁊ femininũ neutro. Numero vt pluralis numerus concipiat singularẽ vel singularis dictio plurali verbo reddat̄: hoc enĩ schema late patet. vt Dona. ait. vt discipuli et p̄ceptor legũt vel discipuli cũ preceptore legunt: iste et ille gaudent persona vt prima concipiat secundã et tertiã. secũda ꝯcipiat tertiã Prisciano auctore lib. xij. et xvij. Prima enim

dignior eſt ſecunda et tertia:ſecunda vero dignior eſt tertia. Dic ergo ego et tu legimus. ego et ille ſcribimus. ego et vos et illi fecimus. tu et ille ſcribitis.

¶ Aſcen. Sed neutrũ cõprimit. i. cogit ſibi conformari non inepte ambo. i. tam maſculinũ q̃ femininum: quando carent anima: vt virga tua et baculus tuus ipſa me conſolata ſunt: ver et eſtatem tu plaſinaſti ea. Quum daphnidis arcũ fregiſti et calamos que tu peruerſe menalca. Et cum vidiſti puero donata dolebas. Dubitatur in conceptione indirecta que fit per prepoſitionẽ cum an noiatiuus concipiat ablatiuum nam dicendo: duellimur inde iphitus et pelias mecũ: videtur mecũ eſſe ſuppoſitum quia verbum eſt prime perſone et ita quantum ad perſonã dictio mecum eſt concipiens: et quantum ad rectitudinẽ ſeu caſum concepta: ſed aliis videtur ordo: nos duellimur inde iphitus et pelias duelluntur ſup. mecũ: ſicut Hora. per zeugma dicit. Tu quid ego ⁊c.

¶ Idem Manc. ad lectorem.

¶ Appollodorus vt tradit Celius auctore Fabio incõprehenſibilia partis huius precepta exiſtimauit. Itaqꝫ ſi omnia minime proſecutus fuerint quid mirum cum res ſit quodammodo infinita. illud tamen pretereat neminē de figuris extare hodie nullum opuſculum: quod quidam ita plene dilucideqꝫ precipiat vti hoc noſtrũ. Conferentibus res ipſa ſe oſtendet.

¶ Finis.

De latinarũ dictionũ recta scriptura:

¶ Jodoci Badii Ascensii de recte scribendi rõne cõpẽdiosa traditio.

Quandoquidem ad ep̃larũ cõsummationẽ: ad carminis rationẽ ⁊ debitã pnũciationẽ orthographia. i. recta scriptura in primis cõducit constitui pauculas preceptiones que ad eam faciãt superioribus adiicere pleniorem eius rei traditionem in alium locum recipiens.

Prima de ortographia generalis regula.

Immeditatus dictionũ deriuatus atq; descensus in primis annotãdus est. vt riui fontibus haud dissimiles sint.

¶ Quocirca operepreciũ est nosse q̃ verbalia et participia t̃pis quidẽ p̃teriti et futuri in rus fere de supinis deducũtur· Supina de preteritis perfectis indicatiui modi: atq; illa de presentibus eiusdem modi que in quibusdã primaria: in quibusdã deductitia sunt. Que vero a noibus trahuntur vt abstracta a concretis ea fere a genitiuis formãtur vnde a gignendi appellationẽ illis inditam nonnulli volunt quibus prenotatis habeantur he pro exemplis regule.

Prima regula exemplaris.

¶ Prima presentis indicatiui modi syllaba: quoties dictio (vt in diuersis licis) diuidenda est: solet manere in deductis integra.

¶ Verbigrã sancio: dico: lego: q2 in prima syllaba c et x nõ hñt etiã non hẽbũt ipsum sanctum dixi dictum dictio: lectũ lectio: sed diuidentur sic: san/ctũ. di/xi. ctum.

Secunda exemplaris.

¶ Si tamen geminetur consonans danda est vtriq; sua.

¶ Ut a percutio percussi: a reperio in carmie repperi a repello repuli a refero rettuli et quo extra carmẽ nõ vteris relligio pro religio: multa eni q̃ preter naturã producũtur geminare solẽt cõsonãtes vt quattuor quottidie: relligio relliquie ⁊c. Durum preterea esset tris cõsonãtes in vnã syllabã contrahere. Unde scriberẽ sic. com/psi. prom/psi. dem/psi. em/ptum. licet como promo demo emo dicamus.

Tertia exemplaris.

¶ A supinis in ctu fit verbale in ctus et ctio: et participiu3 in ctus et cturus ab itu fit iturus: et itio sed in prima coniugatione frequentius atio et participiũ in itus et iturus sed et aturus. a su. sus sio ⁊ surus: a xu xus xio ⁊ xurus et ita in reliquis habendus est posterioris supini respectus.

¶ Ut a seco sectus sectio et secturus: a lectu lectio lectus et lecturus: a sono nitu sonitus et soniturus: sonatio: et iterdũ sonaturus: vt primo sermonũ apud Horatium Et constatura fides apud Lucanum: a persuasu persuasus persuasio et persuasurus a complector complexu complexus complexio complexurus.

Quarta exemplaris.

¶ A genitiuis in ti et tis abstractum in tia: a ci ⁊ cis in cia: que si geminetur seruabitur proportionis ratio. q̃uis pleriq; pro secunda ti scribant: eo q̃ habentibus t ante i ti scribunt.

¶ Scribetur ergo gratia a grati. clemẽtia a clemẽtis. iusticia a iusti. amicicia ab amici aut forte amicitia: sicut pueritia auaricia: quod per analogiam deprehenditur nam politiã scribi docet policitus. ab audacis fit audacia. Quod ⁊ in comparatiuis aut seruabitur vt gratius dulcius audacius. Item mendaciũ a mendace: commercium a commerco. aut a merce. consorciũ a consorte.

Quinta regula exemplaris.

¶ In verbis autem vbi ci et vbi ti scribetur docebit secunda presentis indicatiui persona. tam in actiua q̃ in passiua voce.

¶ Ut facio quia facis scribitur et percutio quia percutis: sic patior quia pateris: farcio quia farcis et ita in reliquis obseruabitur.

Sexta regula exemplaris.

¶ Gerũdia et gerundiua noia: participia in dus ⁊ etiãm participialia noia a genitiuo participii presentis tẽporis mutãdo tis in dus di. do. dum. deducenda sunt: presens participium a preterito imperfecto verbi indicatiui mutando bam et bar in us et addendo illis et quibus ablatum est.

De latinarum dictionum ortographia.

¶ Ut transibā transiens: et a transeuntis transeundus da. dum. et trāseundi do. dū non ergo dicetur transiendi. Ueteres aūt a tertia preserti coniugatione formabant in vndus et vndi: vt gerundus faciundus pro gerendus faciendus sed in talibus que scripta sunt rite sunt obseruanda: nec alia sine delectu summo formanda.

Secunda regula principalis.

¶ In diuidendis dictionum syllabis opus est cognitio quod in simplicibus diuerse consonantes coherere ferme volunt. In compositis vero partes integre seruari: consonantes vtrobiq; diuidi.

¶ Scribes ergo in diuersis lineis ma/gnus et eadē ratione ma/ior si/gnū ti/gnum: vt sigillum et tigillum approbāti sic i/gnis: li/gnum: pi/scis: o/mnis: quod vltimum propter raritatem coniunctim scripsero san/ctifico: et ita in reliquis. In compositis sic re/spicio: re/spondeo: abs/tinco: sus/tineo: sus/cepi: sus/pēdo. Quia vero vt dicetur regula quinta consonans non geminatur quoties tertia post secundā ponetur: vnde non scribetur asscribo asscendo. tutius esset coniunctim scribere ascēdo ascribo quam diuisim. Similiter vbi post x s deponitur: vt expes vix scripsero ex/pes: sed si diuidendum esset ex/spes. Id geminatis autem sic dif/ficile: sup/primo: ret/tulit etc.

Tertia regula principalis.

¶ In componendis dictionibus summopere attendendum est in quā queq; litteram mutari soleat a recte scribentibus.

¶ Unde ab prepositio nūc integra manet: vt abduco: ablego: abnuo et ante vocales ab actus abeo: abire abortior abutor. Nunc in au mutatur: vt aufero aufugio et sic deductū est ausidus. Nunc in s migrat: vt asporto quia apporto descendit ab ad nūc transit in abs: vt aufero abstuli: abstraho etc. perdit b. vt amitto. Similiter ob et sub nunc b seruant vt obduco: subduco: obeo: obligo: subligo: perditur b in omitto dicitur submitto aut summitto sicut summoueo etc. obnitor subnitor obrepo subrebo sed et surripio dicitur obsto: substo: obtineo: suscipio. sed maro antique dixit. Suscepitq; ignem foliis sicut nunc occurro succurro offero oggero suggero oppono suppono etc. dicimus. Ad mutat d in b: vt abbrenio aut manet vt abdibo. mutaturq; in c sequente c et q vt accollo iccirco scribitur quicquid acquiesco anquiro ab an deducit. In f vt affero. in g: vt aggero. in l: vt alligo. in m: vt ammoneo. sed et admoneo scribitur. in n: vt annitor. in p: vt apporto. in c ante q: vt dictū est in r: vt arrigo. in s vt assilio assū sed adsum quidā scribunt. in t: vt attineo. Ex fit ef. vt effringo effingo in reliquis manet. Per fere manet: sed et pellucco sicut intelligo pro quo veteres interlego scriptitabant (in vsu sunt) Trans integrum manet preter trano traduco traiicio trado An in et cō ante b m et p scribuntur per m ante q autem c et d in m finita per verā compositionem in n migrant. Exemplū prioris: vt ambulo: combibo: imbuo: ammoneo: immitto: committo: amputo: computo: imputo. Sequente autē vocali sepe ponitur b inter m aut con et vocalem vt ambages ambesus ambigo ambustus combustus. Exemplum secundi: vt tanq; nunq; tandem nūcubi anceps tantūdem. Dixi perversam compositionem: quia in syllabicis adiectionibus scriberem quemq; et quāq; a quisq; et queq;. Item quorundā. Am preterea secūdum Priscianum sequente c f vel q mutatur in an: vt ancisus ancile anfracus anquiro.

Quarta regula principalis.

¶ Vocaliū quoq; ac diphthongorū transmutationes diligētius annotāde sunt nā A mutatur in e et i. E in i. Au in o. et e in i. et y in i et in u duplex.

¶ Ut exemplis claret. Nam a pario fit comperio: a partio fit impartio: a facio conficio: a lego collego indifferenter quoq; scribuntur. Caurus et corus maurus et morus. Taurus et torus caulis et colis. saurex et sorex: caudex et codex: plaustrum et plostrum: claustrum et clostrum. Itē quero facit conquiro inquiro etc. Scribitur autem cyminū et cuminū cypressus et cupressus etc. patrizo et patrisso et parisso. Sicut aūt in grecis n ante g mutatur in g sic in latinis sepe n ante n mutatur in g: vt agnosco cognosco. ignauus ignarus: sed et gnarus et gnauiter et gnatus a quibusdā scriptitantur vt gnatus et gnata duo nomina sunt.

Quinta regula principalis.

¶ Non geminabitur consonans si secunde adheret tertia nisi sequētes sint muta cum liquida que pro vna habentur littera.

De latinarũ dictionum recta scriptura.

¶ Unde nõ scribet̃ asspiro susspiro asscribo asscendo: sed aspiro suspiro ascribo ascendo. Difficile tamen est mutilatam syllabam debite separare. nam a scribo durũ est a scribo durius. Recte autem t scribetur suffragor sufflo effluo. effringo. supplex supprimo. Post x quoq; quia equipollet cs. aut gs. non scribetur s licet sit de integritate simplicis. Unde scribetur expes exudo exilio exulo exulto expiro expuo expecto: pro espes exsudo exsilio exsulo exsulto exspiro exspuo exspecto.

¶ Sexta regula principalis.

¶ Littere externe cuiusmodi sint consonantes aspirate et k y z non sunt in more latinis vocabulis scribende.

¶ Pro hac autem regula sciendum est que dictiones latine ⁊ que externe sint vnde simulacrũ tus sepulcrum lauacrum pulcher charus et similia aspirationem ex arte non habent quia tamen et prolatu ⁊ vsu aspirari solent potissimu nouissima duo nõ damnauero qui id fecerit. Nec tamen dixero charum sic scribi: eo q charites sic scribatur: quia cum greca primã corripiat se matrẽ latine dictionis pernegat. Multa autem Prisciano teste a grecis aspirata in tenues mutata sunt litteras: vt fucus fama. ⁊c̃. de quibus in Georgio Ualla videndum.

¶ Septima regula principalis.

¶ Aspiratio hoc est h ante omnes vocales ponitur. post consonantes autem dumtaxat quattuor c/p/r/t/ ⁊ id in grecis.

¶ Exemplum prioris: vt habeo/habes/hic/homo/hulcus: quia helcus grece scribitur posterioris. chremes/thraso/philippus/rhetor/pyrrhus. Nec postponitur vocalibus nisi fiat apocope: vt vah pro vahe: ah pro ahe pro autem interiectio aspirationem nescit: licet proch inepti scribant. Mihi nihil et nihilum c non recipiunt ex arte quia tamen oĩm prolatio illud vsurpat non magno dampnauero: qui nihil aut mihi scribat. Scio tamen ne h quidem nisi diuidende syllabe causa interponendũ in mihi nam mii scribendum erat sicut vt dieresis significetur ahenum et iohannes scriptitant. pro qua et iesus sed ineptius scribi solet: scribe ergo cum grecis et iesus ⁊ christus non cum ineptis christus. Nec iheronymus ihericus iherusalem sed hieronymus hiericus hymus hiericũtis ⁊ hierusalem.

¶ Octaua regula principalis.

¶ Summa quoq; cautio esse debet in diphthongis scribendis nec audiendi sunt ineptuli qui ae ⁊ oe absoletas censent.

¶ Uerũ quia his carracteribus nõ habẽtur alias de eis iusto volumine tractauero sicut de aspirandis et y greco scribendis: nunc si hec dumtaxat prenotatio.

¶ Omnes genitiui et datiui singulares: nominatiui et vocatiui plurales prime declinationis: item pre et preter producta e diphthongo scribi volunt etiã in participiis et pronominibus deriuatiuis: sed pronomina primitiua (vt Sulpitius sentit) et ceteri casus: ⁊ quecunq; per naturam corripiuntur diphthongo refugiunt.

¶ Sine diphthongo ergo scribentur om̃es vocatiui ⁊ ablatiui singulares prime secunde tertie ⁊ quinte declinationũ: oĩa aduerbia tam positiua q̃ superlatiua in vltimis syllabis. Item ille iste ipse. Item premo pressus preciũ apprecior preces precor et composita precia vius ⁊ si quando precox reperiat̃: prima correpta. Itẽ interpres interpretis interp̃tor ⁊c̃. dixi per naturã q: preces primã correptã habet sed tamen cũ diphthongo nõ per naturã sed propter vocalẽ sequentẽ corripitur.

¶ Nona regula.

¶ Quoties scriptura mutat significatum curandum est vt recta sit.

¶ Scribetur ergo quot numerale quod relatiuũ infinitum aut quesitiuum: q coniunctio: quã nomen: q̃ coniunctio: que nomen: q coniunctio: cecus nomen: secus aduerbium. i. aliter. ⁊ prepositio. Consumo consumpsi ⁊ consummo cõsummaui. equus pro animali leuis pro non graui: queri pro conqueri. questus pro querela: cestus pro zona veneris sine diphthongo in alio significato cũ ea ⁊ sine diphthongo questubus cum questibus facit. Quinadeo diligentioris sic cum prepositionem ⁊ coniunctionẽ sed aduerbium temporis quum scribunt aut quomodo cur vbi sepius quuri: nam q in c sepe mutatur vt sequor secutus loquor locutus authore Fabio. Item tantũ pro

solummodo: tantum pro tam magno. alias aduerbium: alias nomen: sed in iis neque laus magna obseruantibus: neque culpa dormientibus est. Quinadeo (quod ad ornatum facit) post b/o/p/et y/scribunt diligentes r. post reliqua r. ꝛ post o dumtaxat. s/in principio et medio. s in fine. sic v in principio. u in medio et in fine. Diligētissimi etiā virgulas/cōmata: puncta. subdiuisiones et interrogatiuas has notas adhibent.

¶ Decima que est generalissima.

¶ Ceterū vt simul dicam cauendum est ne quicq̄ perperam addat abstrahatur aut immutetur: quam rem sepe metri docet ratio.

¶ Additur perperam dum tollero/curullis/canallis/suppellex scribitur: quia tolero curulis/canalis/supellex primam corripiunt. Item dum scribunt appollo/deffectus reffero/rennuo: pro apollo/defectus/refero/renuo. ⁊c̄. Abstrahitur perperam cum scribit abicio pro abiicio nisi metra causa que sepe orthographiā mutat: vt relligio/relliquie/quottidie. ⁊c̄. que in prosa vnum consonum habent. Mutatur dum o pro v scribunt: et n pro m vel econuerso: aut g pro c. et mille aliis modis. Non scribes ergo legont sed legunt: audiont et sont sed audiunt et sunt. Item nec gneus/gaius/amurga/ligurgus: licet sic proferantur: sed cneus/caius/amurca/licurgus. ⁊c̄. Item incolumen pro incolumem contra penelopen. ⁊c̄. Unde.

¶ In verbis nullā persona exit in ont aut in um: sed in unt. nec in tor sed in tur. Excepto futuro imperatiui passiue vocis.

¶ Non scribet ergo puer audiūtor sed audiuntur: verum in dicto futuro scribitur auditor audiuntor: vti in aliis omnibus. Item.

¶ Uerba quarte coniugationis in ire aut in iri exeunt in infinitiuo: et non in iere.

¶ Scribes ergo audire non audiere: nisi in preterito syncopato.

¶ Eo autem tam in simplici q̄ in compositis retinet e sequente vocali sine qua transit in i.

¶ Ut veneo a venum et eo veneunt. ⁊c̄. Nam venio aliud significat: venibam ⁊ venibo: venirem venire. ⁊c̄. Excipitur ambio quod e in i mutat.

¶ Nullum autem tertie declinationis nomē mittit accusatiuum in en sicut bene more greco in in nullumque grecum mittit accusatiuus in om aut in em: sed in on aut in en.

¶ Unde scribes diphthongon parasceuen. Sunt ⁊ aliorum pueri cōmonendi sed his finem facio.

¶ Finis opusculi Ascensiani.



De grecorum dictionum orthographia.

¶ Apex Ascensianus de grecis dictionibus ex Cortelio deprompus.



Ulla dictio greca apud latinos per f scribetur nisi in latinum consortiũ assumpta sit: vt fur/fama/fucus/fagus: que quia a grecis orta etiã p ph scribi possent: sicut phillis phillosophus philippus phormio debẽt. In nulla dictiõe latina scribetur y grecũ: vnde scribet imago. idoneus/imber/hio. similiter idolum licet grecũ: quia grece scribitur. Que in ntõ T et C carent habent ea nõ aspirata in obliquis: vt adamas adamãtis nõ adamanthis. xenophon xenophontis nõ xenophonthis: pharnax pharnacie non pharnachis. sic phoenix linx ꝛc. Aspirationes grece seruabunt a latinis: greca vsurpantibus. Grãma autẽ: Γ. g non in n sepe vertimus. et id ante Γ. k. et X vt pro aggelos angelus: p agkyra ancora: p agchises anchises.

Sin. i. con per y scribetur: vt sylla/syllogismus/synhodus/symphonia. Sin

Cata aspirationem fugit in vtraq; : nisi secunda transeat in aspiratam syllabam: primi vt catalogus/catarrus/cateracta : secundi vt ab holon. i. totum fit catholicon et catholicus: ab hedra. i. sella fit cathedra. Cata

Meta quoq; aspirationem nescit nisi componatur cum vocali aspirata. primi vt metaplasmus / metaphisica / metamorphosis/metaphora/metonymia. secundi vt ab hodos. i. via fit metodus. Meta

Epi prepositio greca aspiratione nescit ꝛ per i scribitur: vt episcopus/ epitheton/epilogus/epitagma. i. tributum. Sequente autẽ vocali perit interdũ: vt epodos. Et si vocalis aspiratur p fit ph: vt ephorus: ab epi et horo. Epi

Peri p tenui ꝛ iñostro significat de: vt peri h amenias: perifrasis. perihodus id est circutus: a peri et hodos via. Peri

Apo. i. a vel ab : sic componitur apocalypsis. i. reuelatio : apocrypus. i. absconsus: apologia. i. responsio seu satisfactio. Aspiratur autem sequente vocali aspirata: vt aphoria ab apo et horia et est sterilitas. Apo

Hyper et hypo sic componuntur. hyperbole/hyperboreus/hypermetros/hypocrisis. i. dissimulatio : hypotheca id est obligatio : hyphen id est subunio : ab hypo ꝛ hen id vnum abiecto o. Hyper Hypo

Anti aspiratione non habet nisi a compositis suscipiat. Primi vt antitheton: antiptosis antipodes. Secundi anthypatus. i. consul. Anti

Dia i latino scribitur : vt dialogus id est disputatio : diabolus id est criminator dialectica diameter. ꝛc. Dia

Archos ch scribitur in cõpositis : ꝛ dicitur princeps: vt architectus/archipiscopus/archangelus/patriarcha/hecatontarchus. ꝛc. Archos

Hippos i nostro et p duplici scribetur : vt hyppodamia/hyppoclytus/ philippus/hippocentaurus/hippocrates ꝛ similia. Hippos

Poly y scribitur: vt polydamas/polycrates/polyphemus/polydorus. Poly

Physis cum ph et y in prima: vt physica/phisiologus. ꝛc. Physis

Philos autem per i nostrum: vt philosophus/philargiria id est amor argenti seu auaritia. Argyrion enim dicitur argentũ ꝛ philos amor.

Chir. i. manus aspiratur vt chirotheca. Sed non pyr. i. ignis vt pyramides. Chir

Pyra Pyrrhus. i. ruphus: sed per y scribitur: vt ab argyros: vt philargyros. Pyr Argyros

Theos et theto: th habet: vt theologus/theodorus/theorica. Theos

Similiter sthenes: vt demosthenes: sed cratos non: vt hippocrates. Sthenes Cratos

Nec arestos: vt aristocrates/aristoxenes/aristides/aristoteles. Aristoteles

Mache autẽ. i. pugna. ch habet: vt antimachus/andromache. ꝛc. Mache

Nice. i. victoria non habet h vt nicolaus nicander olympionices. ꝛc. Nice

Lycos. i. lupus componitur sic: lycophoron/lycomedes/lycaon. Lycos

Agathos Agathos.i.bonus:sic agathocles agatostenes ⁊ similia.
Plistos Plistos.i.multū ⁊ protos.i.primum sine h vt plistrachus protomartyr.proto
Protos plastus ⁊ similia.

¶ Finis huius appendicis.

¶ Guarinus Veronensis Floro suo. S.P.D.



Non sine causa factum esse certo scio:ꝙ diphthonganda vocabula scire te velle intelligo: qm̄ eā rem ⁊ ad orthographiā.i.recte scribendi formulā ꝑtinere:et nō paruū legendi documentū prestare posse cognoris.Qua quidē in re quid agā subducto.Nam nisi tue morē volūtati qui de me optime meritus es gessero ingratitudinis me reum esse cōfitear erit necesse.Quo crimine nihil grauius aut acerbius:vel apud persas puniri testis est xenophon.Sed cū negligentia ⁊ vitio librarioꝝ oēm ferme diphthongoꝝ cōsuetudinē abolitā aut deprauatā aspiciā:ita vt breuis sepenumero syllabas vetustissimis codicibus diphthongis notatas cōperiem : vnde ipsarum rationē aut vsum aucuper.vix satis scio. Et eo magis ꝙ que postulas dicto citius fieri festinantissimus vrges. Verū enim vero ne laborem potius fugisse me arguas : decreui quantū vna tumultuaria lucubratione poturo ad te de diphthongis colligere que latine locutionis memoria suppeditauit aut si quid paululū grece ex doctissimo ac in primis humanissimo preceptore meo.Manuale crisolora digustaui:vt Ciceronis precepto facilius de quo disputetur possit intelligi sermonē a diffinitione proficisci satius esse arbitror aperire quid sit diphthongus. Diphthongus est duarū vocaliū cum singule vocē suā seruent in eadē syllaba complexio vt aes.Nec ius vasꝗ diphthongos putandū erit cū nec i in u suū seruare sonū constet.Differt aūt a monophthongo diphthongus ꝙ hec duas habere vocales illa vnicam dumtaxat cernitur: vt Eoa vbi tres monophthongos esse deprehendis. Dicta idcirca diphthongus:ꝙ binis constare vocalibus videatur.Dis enim grecibus ⁊ phthongon sonū appellāt. Nostri quattuor fecere diphthongos/au/eu/ae/oe:quidam ei diphthongū adijciūt Verum grecorum eam esse diphthongum manifestum est qui cum plures habeant diphthongos ceteris omissis que nihil proposito conducūt aliquid attingam ex quibus deriuari nostras liquet.

¶ Ai in ai latinum vertitur:vt   maia   aiax. Aut sine diaerisi
in ae diphthongon transit:vt   paean.   palaestra
aeneas: in eu diphthongon latina conuertit oratio:vt   euros
theseus.Aut in e:vt   achilles   odysses
id est vlysses   pses aut in u solam   fuga   in oe
comoedia.   tragoedia : oi vel in oe vertimus:vt
poena:et   phoenix:vel in u:vt   puniceus. Dissoluitur interdum:vt   troia   quoꝗ aut per diaeresim in a et in u consonantē soluimus:vt   nauis : aut in au diphthongon : vt   naufragium: aula: austerus.Et vt ad nostras redeamus e diphthongon quidam passim protulerunt vt syllae/galbae/amintae/musae : nonnulli pro secunda eius littera ai id est ai more grecorum pronunciauerunt. Quapropter Maro noster antiquitatis amantissimus aula pro aulae: et pictai pro pictae vestis suo inseruit carmini : vt aulai in medio libabant pocula bacchi : et diues equum diues pictai vestis et auri. Singulares generandi et dandi casus et plurales nominandi et vocandi in prima de declinatione diphthongo finali in ae notari certissimū est:vt lyrae. Plura quoꝗ deriuatoꝝ nominum in eus exeuntiū diphthongantur:et ea potissimū que a vocabulis in a aut in e deriuantur: vt verona veronaeus. Mytilene mitylenaeus : athena athenaeus.Nunc cū nulla de au ⁊ eu extet ambiguitas de ae ⁊ oe dicendū est. Et primo de ae seruato alphabeti ordine.Cui quecunꝗ memoriam fugerint tute addere que legendo comperies poteris.

De ratione diphthongandi.

Aeacus et ab eo deriuata aeacides.
Aeeta viri nomen.
Aedes et ab eo nata: vt aedifico: aede pol/aedituus/aedilitas.
Aedus: aege capra vt ab eo aedita vt aegis clypeus palladis.
Aegloga. Aegoceros capricornus.
Aeglos. i. splendor. Aegon proprium viri. Aeger egritudo. Aegrotus. Aegeus et ab eo ducta: vt aegides. Aegeum mare. Aegina vrbs et mulier.
Aeolus. Aeua mulier.
Aegyptus. Aelianus proprium viri.
Helis et heliades et heliogabalus e simplici scribenda erunt. Haema sanguis/haemorrhois ceterum emamathia absque diphthongo. Aemulus et que ab eo deriuantur: vt aemulor aemulatio. Aemulus graece lepidum latine significans et fraudulentum.
Aemilius et sua deriuata: vt aemilianus aemilia. Aeneades. Aeneas cum suis deriuatis: vt aeneis
Aenigma sermo obscurus.
Aeneus et aereus ab aes aeris.
Aenos loci proprium: et laus cum suis deriuatis: vt paranaeos/paranaesis admonitio.
Aeolus rex ventorum: et que ab eo descendunt: vt aeolides/aeolis/aeolia.
Aeoles populi: et aeolicus. Aeon seculum et sua deriuata: vt aeonius. i. sempiternus. Aeuum. Aepy vrbs. Aepolus pastor caprarum et ab eo nata vt Aepolium caprarũ grex. Aequus pro iusto: et que ab eo: vt aequalis/aeque/aequas/aequinoctiũ/ aequiparo/aequiualeo/aequitas: aequor aequoris Equus vero pro animali nullo pacto diphthongon patitur.
Haembeium carminis genus.
Haeresis et ab eo deriuata: vt aphaeresis/dieresis/synerelis. Hereticus. Haeresias viri proprium.
Haereo et sua deriuata: vt haesito.
Aeschines: aesculapius. aescylus.
Aesopus. Aes aeratus aerius.
Aestuo et que ab eo fiũt: aestus et aestas cum prole sua: vt aestiuus.
Aetas aetatula diminutiuum eius.
Aeternus et aeternitas.
Aether et aethereus. Aethra fulgor coeli. Aeta mater thesei.
Aethiops et aethiopia.
Aethna et aethneus.
Aetolus et aetolia.

¶ In mediis syllabis.

Achaeus nomẽ gẽtile. Alcaeus poeta
Actaeon proprium nomen viri.
Anapaestus pes metricus.
Anapaea genus auis.
Annaeus/antaeus/aristaeus/ ariaeus aridaeus.
Ascraeus. quoniam ab ascra loco delatum est. Aulaea.

¶ De littera C in primis syllabis.

Claemens/caelebs/caeps proprium loci philosophi aũt nomẽ ceps p e simplex scribi debet. Caecus et caecitas. Caecias ventus quidam. Caecilius et caecilia. Caedo in oibus tpibus vt caedebat preterq̃ in preterito et ab eo descendentibus: vt cecidi cecidisse. Cede autem dare locũ designans simplici e scribitur. Caelũ et ab eo nata: vt caelestis caelebs: que quidã p oe scribunt. Caelo caelas. Caeneus pprium viri. Caerephon. Chaeronia vrbs. Chaere pro salute. Caesar cũ suis: vt caesarianus/caesarea/caesaries. Caetera et caeteri.

¶ In mediis syllabis.

Lacedaemon. i. infelix. Caldaeus
Camaelion aial. Chãmaela herba.
Chimaera. Cinaedus. Cynaegirus.
Circaeum oppidũ. Chaelena vestis.
Cyrenaeus. Camelaea herba.
Clytemnaestra.

¶ De littera D in primis syllabis.

Daedalus daemon et daemonium.

¶ In mediis syllabis.

Dicaeus iustus. Diaeta Dicaearchus Dicaearchia. Diaeresis: Dracaena draconis foemina. Hedraeus. Hephaestio. Eudaemon felix. et quoniam sepissime pro ph positum animaduerti eum idem fere sit: vt fuga phuga/phama fama: nunc in locũ f ph supponã.

Ph in primis.

Phaeaces populi.
Phaedō nomen philosophi et phae-
dria phaedron et phaedros.

In mediis.

Phlegraei. Pharisaeus. Phetaeus.

¶ De littera g in primis syllabis.

Gaea q̄ et ge dicit: ab hoc georgica et
geometria q̄ solo e scribūtur. Gaeon
fluuius. Gaesa iacula. Gaetulus
Gnaeus qđ per c scribitur sonat g vt
Caius quod sonat Gaius. Graecus
graeca et graecia: et graecanicus et
graecor.

In mediis.

Gimaecis bona dea a nostris dicta.
Gynaeces mulieris. Gynaecium mu
lierum diuersorium.

¶ De littera I.

Idaeus mōs est et propriū viri et no
men lo. ale. Iaera mulieris propriū.
Idumaeus quia a loco in e deriuat:
vt idume.
Isaeus rethor quidam: et fluuius.
Iudaeus et iudaea. Hymaeneus.

¶ De littera L.

Laedo et deriuata vt laesus. Laelius
Laemargus et laemargia ingluuies
Laestrigones populi. Laetus: Laeuus
Laena vestis.

In mediis syllabis.

Leaena. Lacaena. Lacedaemon.
Lacdaemonius. Lyaeus bacchus.
Lincaeus. Ledaeus.

¶ De littera M.

Maeander fluuius. Maenades mu
lieres insanae. Maenalus mons.
Maeonia. Maeotis palus et maeo-
ticus. Maeon. Maeander.

In mediis.

Macaeraud est beata. Megaera.
Manichaei. Musaeus proprium.

¶ De littera N et P.

Nazaraenus et Nazaraeus.
Nae pro vtiq̨.
Paean. Paedagogus et talia que a
paes buero deriuātur vt praedomā
tia. Praedētes pceptor i gymnasiis
Peon medicus q̄dam a quo paeonia
herba. Paedia infantie disciplina.
Paeon pes metricus.

Praedia et praedor.
Praedium et eius diminitiuū prae-
diolum. Praeneste et praenestinus.
Praes praedis.
Prae pp̄ō cū suis cōpo. vt praeceps.
Praesū. Praesto. Praestolor. Prae
toriū. Praetor. Praeliū. Praemiū.
Praeter et praeteria.

In mediis.

Palaestra et palaestrites.
Palaemon. palaestina. papae.
Panaetius philosophus.
Pyraeus atheniensis portus:
Plataea vrbs et plataeensis ex ea.
Ptolemaeus. Pilaeus proprium.

¶ De littera Q.

Quae relatiuū singulare et plurale i
omni genere q̄cūq̨ q̄dam aliaq̨ id ge
nus seruantia. Que vero coniunctio
per e solam. Quaero et que ab eo vt
quaestus et quaestar quaestura: q̄ror
passiuum. Queror vero pro lamēta-
tor e siplex hz et pmā breuē. Quaeso.

¶ De littera R et S.

Rhaeda pro curru.
Saepe cum suis cōpositis vt saepius
Saepissime et saepenumero.
Saeuus. Saecula. Scaeuola. Spae
leū. Spaelunca. In mediis.
Saducaeus ei synaeresis.

¶ De littera T.

Taenarus mons. Taenia vitta.
Tymaeus viri propriū. tropheum.

¶ De littera V.

Vae. Vaecors. Vaecordia.

De oe diphthongo.

Oebalis ps laconie oeconomus dispē-
sator familiae et ab eo oeconomia oe
conomicus. Oedipus. Oedipodes.
Oebades proprium viri. Oenos vi-
num et ab eo oenophorum vas vina
rum. Oenatrii sabini. Oeneus ppri-
um viri. Oeus. Oestrum pro Asylo.
Coelosyria id est sana syria. Coeno-
bium vita cōis vt monachorum. Coe
nodoxia noua gloria p inani aūt glo
ria e simplici scribe Coenotaphiū coe
tus pro cōuentu: pro pis:e aūt e sipli-
ci. Coepi iperfectū verbū sed pteritū
a capio cepi cū suis deriuatis per e so

lū vt cepius inceptus p̄ceptor. Coena cibus serotin⁹. Coecus gygas coelius et coelia. Coerillus ppriū. Croelus rex. Coelia fossa prope romam.
et mundus. Uectis palus ferreus. Axis ferrum quo et circa quẽ vertitur rota. Tor=
quis ornamentum colli. Corbis vas vindemiatorũ ex viminibus. Torris stipes. Ca
nalis canale per qđ fluit aqua. Glos soror mariti et vxor fratris. Logos sermo ⁊ ra=
tio. Chios insula in egeo. Epos carmẽ hexametrũ. Impos non potẽs. Compos voti
effector. Chironomos dans gestus manibus. Arctos vrsa. Ouidius esse duas arctꝰ
quarũ cinosura vocatur. Nardus herba odora. Synodus coadunatio. Papirus iũ=
cus egypti in cuius radicibus tenuissime diuisis scribebant. Costus aroma lignum.

Bissus lana. Pinotarus coche. Uannus instrumentū quo purgātur frumenta. Phasellus nauicula. Porticus spaciū tectum ante edes. Smaragdus lapillus preciosus coloris viridis. Diphthongus conglutinatio duarū vocaliū vim suā seruantiū in eadem syllaba. Abyssus profunditas aquarū immensa. Delos insula in Egeo Athonius corpusculum quod sectionē pati non potest. Perhiodus circuitio vel circunductus circūscriptio ambitus orationis. Philosophus sapientiā amās. Philocolus amans bonum. Munus donū. Mus sorex. Crus tibia et coxa. Rus ager extra vrbem Anus vetula ab annis dicta. vt ait Festus siue ab a quod est sine et nois quod est intellectus. Tribus ciuitatis pars. Nurus vxor filij. Socrus mater vxoris aut filij. Manus membrum et societas. Audax qui nō timet. Nugax nugator. Loquax qui nimium loquitur. Rapax qui rapere promptus est. Procax petax. vnde procare petere. Pertinax perseuerans proprie in malo. Contumax inobediens. Peruicax perseuerans. vnde peruicacia in bonis perseuerantia. Nonius. Pernix velox. Simplex vnicus et apertus. Opifex opus faciens. Artifex effector artis. Aurifex aurum cudens. Ferox fortis et qui nimium irascitur. Atrox terribilis. Trux crudelis. Codex liber et cortex. Pollex digitus primus. Senex tibullus de muliere intelligēs. Cōmemorant merito tot mala ferre senem. Index demonstrato et demonstratrix. Hymbrex guttula. Pumex lapis leuis et asper: quo pelles et charte fricantur. Uibex signū ex ictu flagelli. Forfex ferramentū quo fili inciduntur a ferro et filo dictum. Forceps a forno et capio quasi forniun. id est calidū capiens. Forpex instrumentū quo incidimus a ferro et pilo. Ramex ruptura femoris descensio intestini in vesicam. Carex herba aspera. Silex lapis in quo ignis latet. Uarix venarū in tibijs dilatio. Limax vermis quidam. Celox nauis genus. Exlex sine lege. Scrobs fossa. Insons sine culpa. Expers sine parte. Torrens fluuius nō perpetuus. Triens tertia pars assis. vncie quattuor. Quadrans quarta pars libre vncie tres. Sextans sexta pars assis: id est vncie due. Dodrans vncie nouem. quasi dempto quadrante ex asse. Dextans vncie decē quasi dempto sextante. Adeps pinguedo. Bifrons duarū frontium et fallax. Effrons impudens sine verecundia. Parens pater et mater. Infans puer nondū loquens. Deuirginans virginis violator. Accidens quod accidit. Antecedens qđ antecedit. Decens conueniens. Oriens pars mundi vnde sol oritur. Occidens regio vbi sol occidit Profluens fluuius. Animans animal.

In preteritis si qua esse videantur aperta per se sunt: aut in constructione inuenies.

¶ Forem essem. Fore futurum esse. Afforem presens forem. Deforem abessem. Cōforem simul forem. Queso auide quero. Ausim audeo. Cedo dic vel da. Faxo frequētatiuum a facio. Aio dic. Aue salue. Salue tam venientes ꝙ discedentes dicūt. Uale soli abeuntes. Ouat letatur. Labasco incipio labare. Dumescit spinas gignere incipit. Amaturio amare meditor. Esurio fame efficior. et meditor esse. Glisco cresco. Sidere auium est. Sedere hominū. Rideo letor vultu. Ambigo dubito. Scādo ascēdo. Uergo inclino. Strideo stridorem facio. Quatio cōmoueo. Furo irascor insanio. Tollor exaltor remoueor. Hio aperio me. Hisco os aperio. Scito et scitor frequēter scire quero. Accio voco. Lacesso frequenter lacero. et prouoco. Arcesso accuso. quasi arcere cupio. Sorbeo diglutio. Catulo catulū imitor. Catillo exigua voce catulum imitor. Garrio loquor vocem emitto. Caluo decipio. Cauillo iocose calūnior. Fundare firmare. Appellare alloqui et vocare Appellere peruenire. Compellare alloqui. Compellere cogere. Legere oculis percurrere. furari carpere nauigare. Cedo cesso locum do. Tergo mundo. Strido clamo sono. Denso spisso. Duro durum facio Conniueo oculis signum do. Unio coniungo. Cresco maior fio. Paueo timeo. Acuo acutum facio. Aceo acidus sum. Pendeo suspensus sum. et dubius. Pendo pondero Luceo splendeo. Lugeo in luctu sum. Frigeo in oleo asso Frico scalpo. Pandor manifestor. Uertor voluor. Uerror trahor. Scire vere nosse. Nosse cognoscere. Flare flatum emittere. Flere lachrymas emittere. Crepo rumpo. et sonitum do. Nexo implico. Plico flecto. Duplico quasi bis plico. Replico iterum plico. Cubo iaceo. Mico splendeo. Appareo digitis ludo. Ardeo vror irascor amo. Tondeo capillos. aut pilos amputo. Decurro valde curro. Repupunxi iterum punxi. et notaui. Repupugi iterum vexaui. Leo doleo. Obsolco putresco et inueterasco. Cicero Obsoleuit iā ista oratione multomagis ꝙ verbis refutata. Torqueo acriter vexo flecto torquendo et immitto. Cieo voco. Mulcedo mitigo. Pelluceo siue polluceo. i. multū luceo. cōposi=

tum a per et luceo vel a poly quod est multum. Imbuo impleo maculo incipio. Ico percutio. Plau. Icit femur. Compesco freno. Dispesco diuido. Plinius in quinto. In de aphricā ab Ethyopia dispescens. Pando manifesto. Prendo capio. Scindo diuido. Tundo cum fortu ferio. Ludo ludum facio et compono Rado pilos acute recido et summam cutem detraho sine leuo. Cudo ferio percutio. Pedo crepitum emitto. Tendo extendo dirigo. Dego viuo. Cogo constrigo. Impingo affigo. Negligo sperno non eligo. Mergo sub aquā mitto. Corrigo reprehende. Surgo erigo me. Colo amo adoro habito orno excolo. Psallo canto. Tollo aufero subleuo. Precellere est a nimum ferire. Percutere corpus ledere. Promo pronuncio palam affero. Gemo do loris vocem do. Sino permitto. Sterno occido deijcio planum reddo. Signo genus et principium do. Lino vngo. Scalpo frico scabo. Linquo dimitto. Precurro antecurro. Uro igne consumo. Flecto plico. Necto implico. Pecto explico capillos. Plecto ferio vnde plectrum. Cōuiuo simul viuo. Reuiuo resuscitor. Iacio immitto. Icio ferio. Elicio feriendo extraho euoco. Fodio terram cauo. Rapio raptim capio. Concutio ferio casso. Fluo discurro. Struo cōpono. Traho per terram violenter duco. Uincio ligo. Sencio legem firmo. Farcio impleo. Raucio raucus sum. Amicio cooperio. Salio salto et sale spargo. Desilio descendo. Sepio circundo. Cambio cōmitto. Cooperio tego. Cōperio cum experientia inuenio. Langueo debilis sum. Ualeo medium vocabulum. Estuo vehementer caleo. Luo penas patior et crimen purgo. Horreo timeo. Sugo ore attraho. Reijcio repello. Reficio recreo restauro. Ostendo demonstro. Abscondo occulto. Findo diuido. Indulgeo operam do. et benigne concedo et tracto. Adoleo cresco et propicio quādo est verbum sacrum. Sepilio humo Amitio tego. Censeo iudico: suadeo puto precipio. Torreo desicco asso. Molo tero. Occulo celo. Diruo posterno. Eruo valde diruo. eripio et diruendo excerpo. Mingo lotium emitto. Angor veror dolorem incutio. Lābo lingua tracto lingo. Urgeo constringo. Operior expecto. Cōminiscor confingo. Tuor video. Tueor defendo seruo. Proficiscor discedo vt eam longius. Nancisco fortior acquiro. Fatiscor fessus sum aperio me et dissoluor. Cōperior inuenio. Diuertor diuersum eo.

¶ Finis.

¶ Habes lector optime primam partem trium partium principaliū explicatam in qua si formationes graduum desiderabis: in secunda inuenies: quam nō minus elaborauimus.

Uale.

¶ Uersiculi Ascensiani in xxx. precepta elegantiarum Francisci nigri.

Uerbum finis amat ceu christum iustus honorat. **preceptum. i.**
Idem insigne petit generale nomen: vt omne. **ii.**

¶ Uenuste ponimus obliquum in principio: suppositum in medio et verbum in fine vt verbum finis amat. Idem scilicet finis petit insigne nomen: vt que dicis sūt egregia: et generale. i. vniuersale.

Mobile vult fixo preponi: ceu bona virgo. **iii.**
Multaque interponi quicquid: vt bona virginis orā. **iiii.**

.i. relatiuū. scz interponi. Rectius vir qui qui bene viuit est bonus.

Qui tamen hoc refugit. bonus est vir qui bene viuit **v.**

.i. relatiuum .i. ei quod deberet esse antecedens in gñe numero et casu.

Qui vult preponi: referendoque assimulari. **vi.**

¶ Sic dictum est: cecidere manu: quas legerat herbas. s. ab Ouidio.

Qui quoque preponi sic vult vice preposit ure. **vii.**

¶ Pro virtute tua facis hoc: dic que tua virtus.

Uerbaque cōmutant referens pulchre atque relatum. **viii.**

¶ Relatiuū et añs interdū venuste commutant verba vt qd sit relatiui interpositi fiat antecedētis: et qd erat añtis fiat relatiui postpositi: vt Cicero q fuit eloquētissimus vicit ceteros oratores. dic Cicero fuit eloquētissimus q ceteros oratores vicit.

Auget dicta quidem preclaro predita fine. **ix.**

¶ Dictio quidem augens quod prius dictum est pulchre ponitur in fine cum elegāti particula: vt que iusseris oblibo omnia et quidem libenter &c.

Nuda stilus medius prefert: ornataque summus. **x.**

Textus regularū Francisci nigri.

¶ Stilus mediocris auspicabitur a nudis verbis. vt Pompeius oim romanoꝝ tū armis tū cōsilio facile princeps fuit. Sublimis aūt stilus ab ornatis. Ut oim romanoꝝ tum armis tum consilio facile princeps Magnus pompeius fuit.

Rectori patrius prefertur: vti iouis ignis. xi.
Sepe gerundiuis sermonem ornabo locandis xii.
Mobilium ritu nisi iuncta relatio subsit.

¶ Pro gerūdijs casum verbi sui regētibus venuste vtemur gerūdiuis noībus cōstructis more adiectiuoꝝ cū casu verbi. Ut ornabo sermonē locando gerūdiua venustius dicā: gerūdiuis locādis: ⁊ tui amandi ꝙ te amandi gratia. Nisi tamen inquit Ualla relatiuū interponatur quia tunc solis gerūdijs locus est: vt fecisti potestatē dicendi omia que velles: vnum dicendoꝝ omnium. ⁊c̄.

Qui potius fixo iungetur posteriori. xiii.
Prelertim proprio: velut vrbs quod dicitur argos xiiii.
Per ꝙ et per primo multoꝫ secundo
Et gradui summo: cui ꝙ pro valde iugabo. i. proprium sociabo.
Romana ex grecis vox fiat et ex peregrinis. xv.

¶ Et gtō in os vel actō in a nois greci interdū fiet ntūs latinus in us secūde vel in a prime: et ex voce barbara vox latina vt ex huius delphinos hic delphinus: ex hanc cassida hec cassida: ex ntō abraham ntūs abrahamus. ⁊c̄.

In dandi casu mutetur mobile fixo xvi.
Est interposito: tibi res est vtilitati.
Cum vel et i rebus paribus merito geminamus. xvii.
Que minor est sibi comprexponit: tumꝫ sequenti. xviii.
Magne virtutis dicetur rite poeta
Quod quoꝫ grammaticum est: magnus virtute probatur
Historicus: magna virtute orator habetur.
Infinitiui vim tradens participanti xix.
Iuuentam cura virtutem vbi facto opus extet.
Dum partit neutrum ceu fixum vult genitiuum xx.
¶ Sepe parum lucri multum sudoris habebit.
Mobile quod pariter subiecti proprietati xxi.
Debetur duplici: tum vult aut ⁊ geminari.
Pro fixo et patrio geminet coniunctio fixa xxii.
¶ Sic molem ⁊ montes pro molem montium habemus.
Sepe supina per a supplento gerundia per dum. xxiii.
¶ Terribile est factu: pro terribile ad faciendum.
Uix dure sonitans voces petit equiparentes: xxiiii.
Gloria/laus/vitium/scelus/addentur genitiuis xxv.
Egregie siquidem laudabis siue notabis.
Utraꝫ si in numero preeunte vel altera vox est xxvi.
Mobile vel verbum quadrabit proximiori:
Sin in plurali sint ambe nobiliori.
Pro parte sit natus si mollius hic sonat illo: xxvii.
Quarti verba modi pro verbis dixero primi xxviii.
Neꝫ modo quinto demptis ꝙ et vt decet vti xxix.
Sepe negans aliquid contrarium adauxeris eius. xxx.
¶ Non mediocris erit mihi summa peritia dicta.

¶ Finis.

Carmen iuuenile de moribus mense.

¶ Joannis Sulpitij Uerulani viri disertissimi de moribus puerorum precipue in mensa seruandis. Carmen iuuenile paucis ab Ascensio explanatum.



Uos decet in mensa mores seruare docemus
Uirtuti vt studeas litterulisq́z simul.

¶ Quo decet Auctor prelibat materiã de qua dicturus est ⁊ dicit ꝙ in hoc opusculo vult docere ipsos iuuenes quos mores debeant seruare in mensa. Addit causam finalẽ dicens. ideo o puer hoc carmen tibi composui vt studeas.i.diligenter incũbas simul virtuti et litterulis.i.scientijs pro captu tuo. ¶ Animaduerte autem lector hic primũ quo ad sententiã duo quorum vnũ est ꝙ dicenter et conuenienter hoĩes precipue iuuenes nõ solũ debent philosophie speculatiue operã dare sed etiã practice ⁊ morali.vt auctore est Plato cuius verba transtulit Aulus Gellius in libro de noctibus atticis sic. Philosophia o Socrates res est elegans si modice quispiã per etatẽ attigerit:at si supra modũ tẽpus in ea contriuerit hoĩm est corruptela. Nam si quis vel ameno sit acrisq́z ingenio ⁊ vltra etatẽ philosophetur. Necessum est eũ rerũ oĩm esse imperitũ quarũ visum calleat oportet quisquis honestus ꝓbusq́z est futurus.⁊c. Alterũ est ꝙ signanter dicit auctor vt studeas virtuti ⁊ litterulis simul q2 oportet vt is qui sapientiã vult adipisci habeat virtutẽ.dictũ est.n.Sapientie primo. In maliuolã aiam nõ introibit sapientia:nec habitabit in corpore subdito peccatis. ¶ Attẽde quoq́z ad vocabula o puer. Decet sepe ponit impsonale verbũ actiue vocis: rarius psonale et regit vtroq́z modo actiñ:vt talis partus decet deũ.facit ꝟbalia multa: vt decus quod est ornamẽtũ decor pulchritudo forme decẽtia pulchritudo morum:decorum pulchritudo loquendi. Mensa dr̃ a metior qđ habet in p̃terito mensussum.⁊ in supino mensũ ⁊ est aut tabula ad quã vescimur aut id qđ simul in ea ponit. Studere est alicui rei diligentẽ operã dare ⁊ studiose incũbere:regitq́z datiuũ sed transsũptiue ⁊ minus ꝓprie sumptũ ꝓ eo qđ est studendo disco: actiñ regit. Litterulis est diminutiuũ nomen deductũ a litteris:vbi scies ꝙ lr̃a in singulari numero ⁊ lr̃e in plurali nõ idem significant: nam in singulari littera est manus aut modus scribentis aut vnũ elementũ seu vna littera:vt a:vel b. In plurali sepe significat epistolã:et frequenter omnẽ sententiã que lr̃is inscribitur. Si q̃ras quare ergo vsus est diminutiuo dicã ꝙ propter duo primo q2 lr̃is nõ potuit dicere in hoc gñe carminis.scđo q2 in etate puerili non discuntur magne scientie sed litterule.i.parue scientie hoc est grãmaticales cum quibus etiam bonos mores ⁊ bona instituta te discere cohortatur.

Que prius admoneo miti puer indole serua:
Preq́z tuis oculis hec mea iussa tene.

¶ Hic admonet auctor vt p̃cepta que positurus est anteq́z loquetur de moribus in mensa seruandis habeant semp pre oculis. Ordo est o puer sup.qui est miti indole.i.clementi ingenio ⁊ bona natura:serua.i.obserua custodiq́z ꝓ ⁊ tene pre tuis oculis.i.ante tuos oculos hoc est memoria tua: hec mea iussa.i.p̃cepta que admoneo prius sup.ꝙ loquar de moribus mense. Aut legẽdũ est. Que prius admoneo:vt sit o puer miti indole.i.hñs mitẽ indolẽ:serua ea que ego existens pius.i.clemẽs ⁊ benignus ⁊ nõ rigidus p̃ceptor admoneo:aut puer serua miti indole.i.p mitẽ indolẽ.⁊c. ¶ Sententia est clara ꝓ cõstructione ⁊ vocabulorum significatione.aduerte primũ ꝙ moneo et eius composita regũt duos actõs.tñ res de qua fit admonitio potest etiã in genitiuo poni vt admoneo te p̃terire vite tue quasi sit memorẽ te facio. Puer miti indole est venusta locutio per regulã talẽ. Oĩs dictio significãs totũ vel subiectũ regit partem vel ꝓprietatẽ in gtõ vel in abltõ mediante adiectiuo laudis vel vituperij etiã in gtõ vel ablatiuo posito. In gtõ secundũ Seruiũ magis grammatice. In ablatiuo magis eleganter ⁊ latine. Indoles secundũ Seruiũ est imago ꝟtutis future:⁊ scđm Noniũ tantũ adolescentia cõsuetudo indolẽ dicit. Jussa secũdũ Laurentiũ de valla heteroclitũ est gñe ⁊ declinatione. Nã in singulari est masculini generis ⁊ quarte declinationis:⁊ in plurali neutri ⁊ secunde. Declinat.n.hic iussus:huius iussus:huic iussui. Et pluraliter hec iussa:horum iussorum:cũ his hoc iussum quoq́z dicatur.

Sit sine labe toga:⁊ facies sit lauta:manusq́z

Stiria nec naso pendeat ulla tuo.

¶ hic auctor ponit primũ preceptũ quod est de honestate vestiũ ⁊ corporꝫ: ⁊ dicit ꝙ toga. i. quelibet vestis maxime exterior debet esse munda ⁊ facies ⁊ manus lote tẽpore matutino ⁊ anteq̃ eatur ad mensam: ⁊ nasus mũctus ne putredo dependeat. ¶ Constructio ponetur. Labes dicitur macula per quã in danũ: aut peccatũ: aut vituperationẽ labimur. Lauta est participiũ a lauo cuius supinũ regulare lauatum quod aliquando reperitur syncopatũ est lautũ: ⁊ per mutationẽ huius diphthongi aut in o longũ fit lotũ frequenter autem ita mutata legimus: vt codicem a caudice corũ a cauro: colema caule: morũ a mauro: plostrũ a plaustro: clostrũ a claustro. ⁊c̃. Stiria est illa glacies: que ex guttis congelatis dependet a tignis ⁊ tectis domorꝫ: ad cuius similitudinẽ vocat hic auctor immunditiã que pendet de naso puerꝫ stiriam. Nasus nunc masculinum ponendũ est: sed olim dicebatur aliquando hic nasus: aliquando hec nasa: aliquando hoc nasum. Unde Plautus sagax nasum habes dixit. Toga dicitur a tegendo: ⁊ est vestis ampla et longa qua tegimur. que quia ea tempore pacis vtebantur. Romani solent poni ꝓ pace: sicut apud Ciceronẽ Cedãt arma toga. i. bella paci: ⁊ apud Martialem Clarum militie fronto decusq̃ toge. Est autem proprium indumentũ romanorũ vnde per gentem togatam gentem romanã intelligere debemus. Et quia Sulpitius rome precepit. ideo bene dixit. Sit sine labe toga. Ordo est. Toga. i. vestis tua puer sit sine labe id est immundicia: ⁊ facies tua sit lauta. i. lota vel lauata seu mũdata aquis: ⁊ manus tue sup. sint laute. Nec ꝑ et nõ vlla stiria id est vlla immundicies habens modũ stirie nõ pendeat sup. de tuo naso. hoc est sis munctus ⁊ mundus antequam ad mensam accedas.

Et nihil emineant ⁊ sint sine sordibus vngues
 Sit coma: sit turpi calceus absq̃ luto.
Linguaq̃ non rigeat: careant rubigine dentes
 Atq̃ palam pudeat te fricuisse caput.
Exprimere ⁊ publices: scabiemq̃ vrgere nocentem
 Ne te sordi dulum qui videt ista vocet.

¶ hic auctor ostendit quomodo cetera mẽbra curanda sint ⁊ dicit ꝙ vngues nõ sint longi ⁊ sordidi. ⁊ capilli ⁊ calcei non sint lutosi: lingua non sit rigida per immunditiã concretã: dentes etiã sint puri ⁊ sine rubigine. Deinde monet nos circa curanda corpora esse cautos ⁊ circũspectos ibi. Atq̃ palam. ⁊c̃. et dicit ꝙ turpe est fricare caput corã hominibus honestis: aut extrahere pulices aut alios vermiculos aut fricare pruriginosam cutem: quia si talia viderint te facere dicẽt te esse sordidum. Eminere est extra reliqua apparere: vnde qui ceteros homines altitudine excedit et qui muros ciuitatis excedit eminet. vngues ergo eminent qñ sunt longiores q̃ carnes digitorꝫ. Sũt aũt vnges hoim leonũ: auiũ: ⁊ similiũ. vngule aũt equorꝫ. mulorꝫ ⁊ similiũ. Coma dr̃ complexio capillorꝫ tã in muliere q̃ in viro. Cesaries autẽ magis viris competit. est etiã metaphorice coma in frondibus arborꝫ. Calcei sunt quos galli solutares minus latine vocant. Rigere est rigidũ hoc est durũ ⁊ inflexibile esse vel fieri. Rubigo est macula que frequenter in ferro neglecto cõtrahitur sub ruffi coloris.

Seu spuis aut mungis nares muta[...]ve: memento
 Post tua concussum vertere terga caput
Mucorem haud tangas digitis sputum ve resorbas
 Panniculo nasum mungere nempe decet.
Et ructare caue quin ora in terga reflectas:
 Stringe os: ⁊ crepitum coge tenere nates.

¶ Docet qualiter ea que ex fragilitate humana indecenter obuenire possint tẽpe=

vanda sint: dicens ꝙ si aut spuendum est aut mungende nares aut sternutandum: memento vertere caput tuum concussum ab huiusmodi passione post tua terga. Mucorem autē seu fetorē narium: non digitis nudis: sed panniculo de lino debes excipere etiam sputū aut immunditiam nasi aut cerebri si in os colligeris nō desorbebis: sed eijcies caute ne quis videat. Si forte debilitas stomachi ructare cogat: summo opere adnitendū vt os post tergū reflectas. Uitandus est screatus τ ineptus sonus oris quem more porcoꝝ quidem comedēdo faciunt. Claudende sunt preterea nates: seu clunes ne aut crepitū faciant aut fetorem emittant. Mucor hic accipitur pro immūditie nasi: est etiam vitium panis quando est situ obsitus ex vetustate sicut vini acor. Resorbas hic tertie coniugationis est: frequētius reperitur secūde. Sed vt dicit Seruius frequenter verba secunde subtracta e penultima littera fiunt tertie: vt ferueo feruo/tergeo tergo/caueo cauo/sorbeo sorbo. Panniculum hic etiā de lino dixit more Italico. Nates sunt posteriores partes circa anum.

Munditieq̄ tibi placeant: medio quoq̄ cultu
Utere: ne turpis vel videare letis

¶ Docet seruare mediocritatem in vestibus inter luxum seu elegantiam et sorditatem. Monetq̄ vt vestes sint munde ne videantur turpes: τ sint in mediocri cultu nō nimis culte: ne videantur leues supple in moribus et animo.

Nec maledicta refer nec promas turpia dictu
Et stomachosa quidem dicere turpe tibi

¶ Docet seruare modestiam in loquendo τ vitare procacitatem lingue dicēs o puer nec refer maledicta .i. conuitia. hoc est licet fueris lacessitus et quis tibi maledixerit: noli maledicta referre .i. maledicēdo respondere: et multominus decet te priorē maledicere. Monet etiam vitare verba scurrilia et ad luxuriam incitantia dicens nec τ non promas .i. non proferas de pectore tuo turpia dictu .i. vt dicantur vel dicuntur: vel ad dicendum. Monet preterea seruare decoꝝ dicens ꝙ non vtemur verbis que non competunt etati nostre. Non autem decet puerum habere verba stomachosa .i. stomacho cum grauitate et iracundia prolata.

Moribus vrbanis curato preditus esse
Parce gule turpi: luxuriamq̄ fuge
Parce et auaritie: bilem frenare memento
Inuidus/tumidus/non odiosus eris
Desidiam fugies: atq̄ omnia turpia pelle
Et ludi turpes sint procul atq̄ viri.

¶ Docet vitare rusticitatē τ vitia capitalia seu mortalia gulam/luxuriā/auaritiam iram/inuidiam/superbiā/odiū τ odiositatē: τ desidiā: τ tā turpes ludos q̄ turpes viros: q2 scriptū est cū sancto sanctus eris. τc. Urbanus/na/nū. est ad vrbē pertinēs: vbi solent esse venusti mores. Preditus dr a pre et datus: quasi preter ceteros donatus a natura vel deo aliqua virtute vel arte. Parce gule .i. abstine a gula sicut vergilius dicit. Parce metu. bilis est sanguis melancolicus quo ad iram prouocamur: τ ponit hic pro ira. Dicitur notāter frenare: q2 non possumus penitus extirpare iram. vnde Horatius in primo sermonū. Deniq̄ quatinus excidi penitus victū ire. Cetera autē nequeūt stultis herentia. τc. Differt aūt ab iracūdia: q2 vt idē dicit in epistolis. Ira furor breuis est. τc. Iracundia autem prolixior. Nā iracūdus naturaliter ad irā incitatur. Solet preterea in pueris non esse inuidia magna: ideo pulchre vtitur diminutiuo dicens. Non eris inuidulus. Tumidus dicitur inflatus. elatus superbus. Odiosus potius passiue significat et est qui molestus est: τ vtrūq̄ fugiēdum est puero: tam molestum esse q̄ odiosum. Non autem dicendum est odio odis in pn̄ti licet Cicero semel odias dixisse legatur. Desidia dicitur a de et sedeo: et est in accidioso et pigro.

Fidus sis: audensq̄ bonis temerarius esse

Despice non audax sis timidusqꝫ nimis

¶ Monet vt iuuenis seruet fidelitatē et fortitudinē: dicens o puer sis fidus qꝫ pro et audens. i. pro tempore et oportunitate animosus bonis. i. ad bona facienda et despice. i. contempne fuge esse temerarius. i. temere ⁊ sine circūspectione quacunqꝫ aggrediens hoc est ne sis audax et ne sis nimis timidus. Audax est assidue audens ⁊ est vitiosus per superabundantiā: timidus ex natura: et ita continue timens et habet vitium pusillanimitatis ꝑ defectum: fortis seruat mediocritatem ⁊ est qui audet cum debitis circūstantijs: vbi/qñ/quēadmodum: qꝫtum in quibus et pro quibus audendum est. Estqꝫ fortis audiēs et timens aliquando: sed neqꝫ audax neqꝫ timidus vnqꝫ. Despicere est ꝑ contemptū nolle rē aliquā aspicere: ⁊ cōponitur a deorsum ⁊ specio.

Nec penitus mutum: nec te decet esse loquacem
Conuenit ille toro: conuenit iste foro.

¶ Hortatur vt puer seruet modū in loquēdo: ne sit mutus et elinguis: nec garrulus et loquax. i. sis assidue loquēs: qr ille. i. mutus ꝯuenit toro. i. lecto seu cubili vbi tacendum omnino est et iste. i. loquax ⁊ litigiosus cōuenit foro iudiciali vbi lites aguntur.

Et mansuetus eris rectum te lectus habebit
Detege nec socium nec tua membra moue

¶ Docet seruare modum in lecto vbi puer erit mansuetus et non petulans: se aut socium detegens: aut se immoderate mouens.

Ne sis difficilis nimium nec credulus esto
Dedecus et metues: et reuereere bonos.

¶ Monet seruare modū incredulitate et adhibenda fide: dicēs qꝫ nō erit nimis difficilis et tardus ad credendum nec nimis facilis seu credulus. Monet etiam generaliter vt vitemus omne dedecus: et reuereamur omnes bonos.

Futilis et mendax nunqꝫ: nimiumqꝫ seuerus
Esto sed et comem munificumqꝫ velim

¶ Docet seruare modū in seueritate ⁊ rigore verboꝝ: dicēs qꝫ puer nō erit futilis. i. vaniloquus ꝟba sua inutiliter effundēs aut mendax. nec nimiū seuerus. i. rigorosus in sequēdo veritatē: hoc est qui ab opinione su i nullo modo possit flecti: vt aūt Aug. docet in lib. contra mendaciū: etiā obsequiosa mendacia vitēda sunt. Est autē seuerꝰ nimis rigide seruās ꝟitatē: et ita durus nulli ꝯcedēs quod improbat dicēs: sed ⁊ comem munificūqꝫ velim sup. te esse. Comis dr̄ cōcinnus affabilis ꝯmodus: ⁊ vt inquit Valla Comis est benignꝰ hō et facilis q̄ alijs non grauate inseruit. Futilis q̄ ꝟba sua profundit a vase futili q̄ in sacrificijs vtebant: qd latū os et fundū seu pendētē strictū habebat vt stare nō posset quin liquorē effundet quod cautū fuit ne aqua sacrificantibus habenda iu terram poneretur: quod piaculū putabat gentilitas.

Sis pius atqꝫ colas superos venerare parentes
Et noceas nulli: surripiasqꝫ nihil

¶ Cohortatur puerum ad pietatem erga superos et parentes: et dehortatur ab iniuria/a furto. ¶ Potest autem sic intelligi textus. Sis pius sup. erga deum colas superos. id est sanctos: ⁊ venerare parentes diligimus tepide/amamus feruenter/colimus cum veneratione.

Nec sis vinosus qꝫuis potasse Catonem
Fama refert fugias sumere vina mera.

¶ Monet ne iuuenis sit bibax ⁊ appetēs vini: nec bibat meratius. i. vinū purū: sed dilutiꝰ. i. vinū imixtū aque qd qdā minꝰ latine lympharū vocāt. Pro vocabulis cognoscēdis audiamꝰ Lau. de Val. Vinosus inqt mulierosus ⁊ libidinosus ⁊ similia dicunt qꝫ quis effectus sit ad hec et amat vinū: mulieres ⁊ libidinē. Nigidius autē vt auctor

Carmen Iuuenile de moribus mense.

est Aulus Gel. inquit inclinamētū verborū hmōi. Uinosus mulierosus religiosus ⁊c. significat copiā quandā imodicā rei superbus ꝺr. Quo circa religiosus is appellabatur qui nimia superstitiosa religiōe sese alligauerat: eaqꝫ res vitio dabat. Post multa tandē verba Aulus gel. legē dare videtur: vt earum rerum quarū vsus certus et ꝑfinit⁹ ac limitatus esse debet: vt vini mulieris ⁊c. et copia vitio datur: earūdē noia in osus vituperiū habeāt. Earū vero rerū noia: que quāto copiosius tāto decentius cōueniūt laudē imponent: vt formosus: speciosus: generosus: animosus: gratiosus: studiosus. Est ergo vinosus nimius amator vini. Potare aūt quāda in immodicitatē significat vnde et potatores vilipenduntur. Nō ergo dicit q̄ fama est Catonē bibisse q: hoc fere necessariū est: sed potasse vsqꝫ ad superfluitatē vnde potus dicitur ebrius. Si queras vbi lectū sit Catonē potasse: dices cum in multis locis tamē apd̄ Cesarē vt auctor est Plinius secūdus tertio lib. epistolaꝝ: vbi in epistola ad seruium suū inquit. Erūt officia añ lucana: in qua incidere ipune ne Catoni quidē licuit: Quē tñ C. cesar ita reprehendit vt laudet. Describit ei cos q̄bus obuius fuerit cū caput ebrij respexissem erubuisse. Deiñ adijcit Putares non ab illis catone sed illos a catone deprehensos Potuit ne plus auctoritatis tribui Catoni q̄ꝫ si ebrius quoqꝫ tā venerabilis erat. hec illi Fama ergo refert potasse Catonē. vñ Seneca vir alioqui grauissimus citius se ebrietatem velle laudare q̄ꝫ Cato propter eā dehonestare dicebat

Non sis derisor: non somniculosus: iniquus
Non iudex: nec tu testis iniquus eris

¶ Precipit ne puer sit derisor: aut somniculosus. i. deditus nimium somno: nec vocatus postea ad iudicium sit iniquus iudex aut testis mendax.

Omnibus in rebus studeas p̄tcor esse modestus
Sis auidus laudis: sit tibi cura boni
Sic bene moratum laudabimus atqꝫ colemus
Sic eris ipse grauis: sic et honorus eris

¶ Uaria precipit et primū dat generale preceptum de modestia seruanda in oibus rebus de qua solet dici. Omnibus adde modū modus est pulcherria virtus. Et Horatius primo sermone. Est modus in rebus sunt certi deniqꝫ fines. Quos vltra citraqꝫ nequit consistere rectum. Deinde cohortatur ad auiditatē laudis ⁊ ad eam quasi sanctam emulationem vocāt: et ad curam omnis boni et honesti hoc enim pacto inquit efficieris vir honorus et grauis. Moratus dicitur qui habet bonos mores: morosus qui nimis est difficilis in moribus.

¶ Secundus libellus huius opusculi.

Nunc faciles aures animū quoqꝫ trade serenū.
Morigerare mihi mollia iussa dabo

¶ Precepturus alia iterum faciat auditores attētos et beniuolos: precaturqꝫ vt accōmodent sibi faciles. i. promptas et dociles aures: et animum serenum: hoc est ceteris curis vacuum. additqꝫ o puer morigerare. i. morem gere mihi: et dabo tibi precepta mollia. i. facilia et non dura.

Non sum qui laudem summo te accumbere mane
Iudice cōueniens me dabit hora cibum
Nec vos ante phocum cenas producite longas
Hoc faciat caupo: qui sapit: ista fugit

¶ Monet ne prima luce incipias ingurgitare vsqꝫ ad supremā. Sūmo mane Plautus secundum Seruium declinauit: et dixit amaui. Focus est locus vbi ignis fouet. Caupo qui vinum vendit et caupona domus eius quam galli tabernam vocant.

Sterne toros nitide: lautosqꝫ appone quadrantes

Atqꝫ salem et cererem: flumina vina dapes.

¶ Describit officiũ qui eiꝰ seruit mense seu accũbentibus dicẽs ꝙ primũ sternet toros. i. lectos: q2 in triclinijs olim discũbebant. Etiã lꝫ ad toros nõ sedeamus: tñ sternendi ⁊ aptãdi sunt. Deĩde lautos ⁊ mũdos quadrãtes q̃ plerisqꝫ in locis ex quadrato pane fiũt: aut ex metallo: si vero rotundi sint orbes vocanꝫ: vulgus scissoria vocat. Tũ inter fercula primũ apponet salẽ: quẽ nouissimũ tollet. Sciat autẽ recẽs grãmaticus salem pro condimẽto etiã masculinũ esse: sed aduertat peritior in ntõ dũtaxat neutrum reperiri. Unde Affranius. Quicquid loquimur sal merũ est: quod aspexisse Terentium putant vbi dixit. Qui habet salem quod in te est. q. d. quod sal cũ alijs interpretentur. i. que res: vel videlicet habere salem in te est. Tum apponet cererem. id est panem. Tum flumina. i. aquam mundam: tum vina et nouissimo dapes.

Te vitare velim cupidus ne vt lurco sonoras
Contractes fauces: mandere rite decet
Et licet antiqui cubissent pectore prono.
Te colla hec etas tecta tenere iubet
Et finito mensis cubitis herere potentes
Tum tantum faciles pone repone manus

¶ Monet vt honestus sine sonoritate oris comedas: ⁊ rectus mense non incumbens sedeas. Lurco dicitur qui cum auiditate lurcat. id est cibum ingurgitat. Lurca autẽ est os culei vel vtris. Unde lurcones capacis gule homines.

Tuqꝫ puer iubeo sedeas vel raro: sed a stans
Pocula mitte celer: pone ve tolle dapes
Juraqꝫ conuiuas super importare minister
Effuge nam turpis sepe fit inde toga

¶ Ne autẽ semp sibi sedendũ putet monet vt raro sedeat: vel dic prius locutũ fuisse de diuite et herili filio: nũc de famulo: vnde dicit. Tuqꝫ puer. ⁊c. Docet preterea celeriter dapes et pocula ponere atqꝫ reponere: sed caute sic vt iura. i. liquores: vel aque in quibus cocte sunt non fundantur in discumbentes vel eorum vestes.

Quodqꝫ iubebit herus facilis semperqꝫ subito
Quemqꝫ tibi dederit tu tibi sume locum
Quodqꝫ vir egregius pauido tibi porriget illud
Sume libens grates aptaqꝫ verbaqꝫ refer

¶ Pulchre precipit vt scholastici morigeri sint: vtqꝫ non difficiles: sed dum iubentur assidere pareant sumẽtes locum a domino seu paterfamilias assignatum sumantqꝫ cum gratiarum actione bolum a maioribus porrectum.

Esto tribus digitis magnos nec sumito morsus
Nec duplices offas mandere vtrinqꝫ iuuet

¶ Docet quomodo et quantũ capiant cibũ: dicẽs Esto. i. comede tribꝰ digitis. s. pollice et duobus proximis nec subito magnos morsus: nec iuuet te mandere. masticare vtrinqꝫ. i. ab vtraqꝫ parte oris duplices offas. i. frusta et pulmenta.

Dapsilis et largus semper blandeqꝫ sodali
Impertire tuo pauperibusqꝫ dapes.

¶ Inuitat ditiores ad beneficentiam ⁊ largitatem dicens. Tu dapsilus ⁊ largus impertire. id est partim largire tuo sodali. id est qui tecum sedet: ⁊ letis rebus vacat et

pauperibus dapes.id est cibum.Impertire hic est imperatiui modi verbi deponentalis.Legitur etiam impertio actiuum.

Nec vos obsenos laudabimus aut comedones
Esse decet viuas viuere non vt edas
Namqz cibus nimius capiti stomachoqz nocebit
Corporis et vires ingeniumqz rapit.

¶ Mandat iterum vitare gulositatē propter damnum et turpitudinem que ex a sequuntur.Comedones qui nimis comedunt dicuntur:sicut et manducones:bibones qui nimis bibunt.7c.Esse decet.Ordo est.Decet esse.id est manducare.Est enim ab edo non a sum infinitiuus:sup.vt viuas:et non decet viuere vt edas.

Gausape non macules aut pectora:nec tibi mentum
Stillet:sitqz tibi ne manus vncta caue
Sepe ora et digitos mappa siccabis adapta
In quadra faciet non tua palma moram

¶ Iterū cohortatur ad munditiam seruandam inter comedendum dicēs.Non macules gausape.i.illud quod sup mensam sternitur:nec macules cibo et potu pectora tua:7 mentū nō stillet tibi ex cibo aut potu depēdente et caue ne man9 sit tibi vncta id est pinguis.Siccabis aūt 7 terges sepe ora.i.labia 7 digitos mappa.i.mantili adapta.i.ad hoc tibi dato. Et tua palma.i.manus:sed maxime palma non faciet morā in quadra.i.vasculo escario:siue quadra fuerit more italico siue aliud.

Quod tibi vicinum fuerit tu sume:sodali
Cede tuo referat dum tamen ille manum
Dumqz in frusta secat caueas sumpsisse recisa
Lurco legit dulces absqz rubore bolos.

¶ Pulchre docet q̄s cibus cuilibet sumēdus 7 qn̄:dicēs q̄ is q̄ ante quēlibet positus est:hoc est in proxima parte escarij:7 nō est sumēdus donec sodalis manū reduxerit:nec priusq̄ totum obsoniū rescisum fuerit.Ordo est.Tu sume qd̄ fuerit siue casu siue maiore sic volente tibi vicinū:tn̄ cede tuo sodali.i.noli simul cū eo cibū capere: dū.i.donec ille referat.i.reducat manū 7 caueas sumpsisse frusta.i.particulas recisa.i.iterum incisas.Nam primū in maiores:deinde in minores particulas scinduntur.Caueas inq̄ sumpsisse dum.i.q̄dudū minister vel sodalis tuus secat.i.diuidit in frusta. Lurco.id est ligurio vel liguritor et vorax homo legit.id est excerpit absqz rubore et verecundia dulces bolos:quos quidam morsellos dicunt.

Non manibus gremio immissis tibi vellicet vnguis
Quod sumes residens non agitato pedes.

¶ Monet ne sis inhonestus mittendo manum in gremium tuū apud vel ad pudēda et postea ad cibum vellicando eum eiusdem vnguibus quibus et illa.Item precipit ne pedes agites maxime in cruru tecum accumbentis:quod inhonestum esset.

Incidasqz prius q̄ dens contundat ofellam
Tingantur rursus ne tibi morsa caue
Nec lingas digitos:nec rodas turpiter ossa
Ast ea cultello radere rite potes

¶ Iterum docet quo pacto comedas dicens q̄ incidas prius ofellam.id est frustum carnis.Erant enim qui offam putāt esse panem temperatum:vt dicunt iure cum sit

caro ipsa forte inre consperse. habet autem ofella primam breuem: et scribitur vno f. & offa primam longam: scribiturque gemino. Incidas ergo prius ofellam .i. paruum frustum carnis quam dens tuus contundat: et caue ne morsa tibi .i. a te. hoc est ne ea que tu momordisti semel: seu panis sit seu obsoniũ tingantur .i. intingantur rursus .i. iterum in escarium vbi ius est. Item nec .i. et non: tu non lingas digitos nec rodas ossa turpiter: videlicet dẽtibus aut vnguibus. Tu aũt potes radere ea cultello id est carnes abstrahere temperanter. addit rite .i. decenter.

Siue super mensam cortex cumuletur et ipsa
Ossa vel in pateram pre pedibus ve iace.

¶ Docet quomodo superflua congeras. Nam si ita ceteros factitare videris congeres corticem pennus: pomorum et casei super mensam ossa autem vel in pateram .id est vas patens et amplum ad hoc appositum vel iace ea pre pedibus: sic tamẽ vt neminem contingas nec offendas.

Nec tanquam ficos tenta: nec delige frusta:
Et quocunque manus huc tibi lumen eat.

¶ Monet ne frustra obsoniorũ turpiter attractemus priusquam sumamus et adhuc inhonestius esset attractata deserere. Ordo est nec tenta id est frequenter tene nec delige id est ex multis tibi ad eligendum segrega frustra obsoniorum tanquam ficos id est sicut tentant qui ficos edunt: et lumen id est visus vel oculus et id est dirigatur tibi huc id est in hãc partẽ: quocunque id est quãcunque manus tua ierit. hoc autẽ dicit ne qd deijcias aut fũdas aut frãgas aut turpiter cõtractes nõ vidẽdo q̃ manũ ipellas.

Nec socium torue inspicias: quid ve ederit ille
Aduertas: gestus inspice sepe tuos.

¶ Monet iterum vt oculos custodiamus ne inepte et truculenter sodales inspiciamus aut obseruemus quid comedant. E contrario aũt gestus et mores nostros sepe conspiciamus: vt si quid offuerit corrigamus.

Pocula cum sumes tergebat tibi mappa labella:
Si tergas manibus non mihi charus eris
Una manus sumat pateram ni hanc iactet in hostẽ
Theseus: aut Beli sint monumenta patris
Ast hanc si binis manibus captabis: id apte
Efficies digitis pocula sume tribus.

¶ Docet quomodo pocula sumes: dicens quod prius terges os tuũ mappa nõ manibus et sumes vascula vna manu immo tribus dũtaxat digitis: sed pateras .i. vasa tã magna vt nõ possint commode sine periculo effundẽdi vna manu leuari: iiues decẽter vtraque manu. Ordo duorũ versuũ mediorũ est vna manus sumat pateram quã galli tarsiã vocãt: ni .i. nisi. Theseus vir ille fortissimus iactet hãc .i. huiusmodi põderis in hostem s. laphitas: aut nisi sint monumenta Beli patris elisse: de qua & eius patera sic Uirg. in primo enei. hic regina grauem gemmis auroque poposcit: impleuitque mero pateram quã belus et oẽs a bello soliti &c. plura in Syluis nostris de theseo et belo diximus.

Et teneas oculos: nec super pocula fare.
Plena aliquo vita sit tibi buccha cibo.
Deme merum ciatho: multum ne forte supersit
Quod nolit socius sumere rite tuus.
Qui sapit extinguet multo cum fonte falernum

Carmen Iuuenile de moribus mense.

Et parco lympham diluet ille mero.

¶ Iterum docens quomodo et quid bibes: tenebis inquit oculos ne vagentur dum bibis cauebis ne multum loquaris tenēs poculum in manu. curabis habere os euacuatum cibo priusqꝫ bibes inchiato socij non sines vinū euaporari: sed si non biberit aliud infunde: aut si eodem vase bibis non plus infūdes q̃ tu ebiberis. Si vinū acre et fumosum est diluetur aqua. Merum dicitur purum et immixtum et subauditur vinum. Falernum est vinū ardens et nobile qđ in falerno mōte campanie italie nascitur. In vltimo versiculo aut hypallage est vt sic diluet lympham parco mero: pro eo quod est diluet parcum merū lympha. Aut reuera vult tantum aque esse debere: vt non aquam in vinum: sed vinum modicū in multam aquam fundere videaris Diluo compositum est a di et luo: vel a dilauo quod in cōpositione fit luo: vt proluo diluo abluo: et sunt tertie coniugationis sicut aliquando lauo lauis lauit per tertiā coniugationem declinatur.

Non facies binos haustus: nec fessus anheles
  Sibila nec labiis stridula prome tuis.
Nec cito sorbebis velut oui lutea grati:
  Nec nimium tarda sume phalerna mora.
Unum siue duo ad summum tria pocula sumes
  Sic hunc numerum excedes iam mihi potus eris.
Fac videas quodcūqꝫ bibis: modicūqꝫ pitissa
  Crater siue calix det tibi vina breuis.

¶ Docet quomodo bibendū sit dicens primo ꝙ vno tractu bibes nec tam longo vt postea anheles ac sibiles. Secundo vt temperantur: nec tam cito ac si luteum. i. rubrum ou sumas nec nimis lenta mora. Tertio vt non epe et dicit ꝙ ad summū ter ꝙ frequentius biberis reputaberis potus. i. ebrius. Quarto vt caute bibas ne cogaris poculum assumptum deponere aut damnū incurras: ad qđ remedium est inspicere: quid bibas: et pitissare. i. tenuiter probare. Et ideo ne potus quem respuis multus sit monet breui vasculo vti.

Os quoqꝫ tergebis semper post pocula palmas
  Ablue cum mensam deseris atqꝫ labra.
Inflectensqꝫ genu: iungens quoqꝫ brachia: prosit
  Dictito: sed tolles ordine queqꝫ suo.

¶ Postqꝫ ostendit quomodo ad mensam accedendum: et quomodo in ea manducandum et bibendū sit ostendit quomodo ab ea discedendum sit dicēs ꝙ post potū tergebis os: et ablues palmas postqꝫ deserueris mensam similiter et labia. Discedens autem inflectes genu et iunges manus dicēs prosit: quod honeste dicitur. Nā proficiat ineptum: et proficite importunum et imperiosius videtur: hoc dicto tolles omnia quibus vsus es debito ordine et illis suo loco repositis ablutus abeas quo te vocant officia: hec ad Sulpitiana satis sit adnotasse plura in siluis nostris qui volet videbit: huncqꝫ apicem nostrum adiunctum sinet.

¶ Finis.

Apex Ascensianus de officio scholastici.

NEc satia est mundū comemq3 accedere mensā
Ni probus in cunctis conspiciare locis
Proinde puer qualem satages deducere vitam
Te perq̄ paucis admonuisse velim:
Mane experrectus quas condit optimus auctor.
Christus: eas referes supplice mente preces
Deinde salutatum properabis vtrumq3 parentem
Et cui q̄ tue cura salutis erit.
Tum quemcunq3 vides venerandum relligione:
Sanguine canicie: moribus: officio:
Huic si forte sedes properes: assurgere si stas
Aut transis retegens tempora flecte genu.
Tum preceptoris tibi patris amore colendi:
Auribus atq3 oculis menteq3 verba cape.
Que si forte minus intellecta reliquit:
A condiscipulis sunt repetenda tuis.
Intellecta autem: ne mox neglecta queraris:
Inscribes nitido sepe legenda libro.
Tandē vbi doctus eris. reliquū est bene viuere curet
Ignarisq3 tibi cognita precipias.

¶ Expliciunt opera Joannis Sulpitii Verulani Impressa Londini per Wynandum de worde in vico anglice nuncupato (the fletestrete) ad signū solis cōmorātē.


W C
• de •
wynkyn worde •